



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

**Vincentii Lirinensis Galli, Pro Catholicae Fidei Veritate et
antiquitate, aduersus prophanas omnium hæreseon
nouationes Libellus**

Vincentius <Lerinensis>

Venetijs, 1549

urn:nbn:de:hbz:466:1-36089



Th. 1871.

F III

Ag.

In
to
ne
cu

Ve in
Luz
ovif
fragi
Jaba
uay
ris
pup

Deo nati, non. 2. de audis. V. Mari. sup. Ead. Nihil e.

o. g. g. g. intelligi in huius seculi vultibus ma
gis inter pedes & tempestates fluctuare quod
per terram amouere: ne auertat oculos a
fulgore huius sideris, si non uis obrui procellis.

Inuocanda
Maria in
tentatio-
ne et
periculis.

Si insurgant uenti tentationum, si incurras res,
pallidus tribulationum: respice stellam, uice Ma-
rie et periculis. Si inuicentia, aut auaritia, aut carnis
illicetia nauiculam concusserit mentis, respice
ad Mariam. Si criminum immunitate turbatus,
conscientia fuditate confusus, uulgi horrore
perterritus, parathas incipias absorberi
tristitia, desperans abysso: cogita Mariam. In
periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam

Uimur
treg. us
aut. qu
fragilis
solus
uicinis
nis. et
plura.

cogita. Mariam inuoca. Non recedat ab ore
non recedat a corde. Sicut impetrat eius ora
solus conditionis suffragium, non desinas conuersatio-
nis exemplum. Iram, sequere, non desinas. Ip-
sam sequens non desinas. Usam cogitas,
non erras. Ipe tenente non erras, ip-
sa protegente non metuis, ipse duce non
dubitaueris, ipse profecta peruenis, Ipsi
in temetipso crederis, quam merito defun-
sit, Et nomen Virginis Maria

VINCENTII LIRI
NENSIS GALLI, PRO CA
THOLICAE FIDEI VE

ritate et antiquitate, aduersus pro
phanas omnium hæreseon
nouationes Libellus,
iam primùm
editus.

Determinatio facultatis theologiæ in schola
Parisiensi super quamplurimis as
sertionibus D. Erasmi
Roterodami.



Spes eius: & non respexit

Beatus uir, cuius est dominus



in uanitates, & insanias falsas.

Venetijs ad signum Spei.

1549.

VINCENTII VITA EX
catalogo Gennadij.

Vincentius natione Gallus, apud monasterium in Lirinesi insula presbyter: uir in scripturis sanctis doctus, & notitia ecclesiasticorum dogmatum sufficienter instructus, composuit ad euertenda hereticorum collegia nitido & aperto sermone ualidissimam disputationem, quam absconso nomine suo, attitulauit, Peregrini aduersum hereticos: cuius operis quia secundi libri maximam in schedulis partem, à quibusdam furatam perdidit, recapitulato eius paucis sermonibus sensu primo compegit, & in unum librum edidit. Moritur Theodosio & Valentiniano regnantibus.

VINCENTII LIRINENSIS GAL
li pro Catholice fidei Antiquitate et Vniuersitate, ad
uersus Profanas omnium hæreseon Noua
tiones, Libellus.



IGENTE scriptura & monente: Deu. 32.

Interroga patres tuos, & dicent tibi, se-
niores tuos, & adnuntiabunt tibi. Et ite-
rum: Verbis sapientium admodum tuã
aurem. Et iterũ: Fili mi hos sermones ne
obliuiscaris, mea aut uerba custodiat cor

tuum uidetur mihi minimo omnium seruorum dei Peregrino Peregrina
quod res non minime utilitatis Dño adiuuante futura sit, si nus.
ea que fideliter à sanctis Patribus accepi literis comprehen-
dam, infirmitati certe proprie percessaria. Quippe quũ ad
sit in promptu unde imbecillitas memoriæ meæ assidua lectio
ne reparatur. Ad quod me negotium nõ solũ fructus operis,
sed etiã consideratio temporis, & opportunitas loci adhor-
tatur: Et tempus propterea, qđ quum ab eo omnia humana
rapiatur, & nos ex eo aliquid in inuicẽ rapere debemus, qđ
in uitam proficiat æternam, presertim quum & adpropin-
quantis diuini iudicij terribilis quædam expectatio augeri ef-
flagitet studia religionis, & nouorum Hæreticorum fraudu-
lencia multum curæ & attentionis indigeat.

Locus autem, quod urbium frequentia turbasque uitantes,
remotioris uillule, & in ea secretum monasterij incolamus
habitaculum, ubi absq; magna destructione fieri possit il-
lud quod canitur in Psalmo: Vacate, inquit, et uidete, quoniã
ego sum deus. Sed & propositi nostri ratio in id conuenit,
quippe qui quũ aliquãdiu uarijs ac tristibus secularis militiæ
turbibus uolueremur, tandem nos in portum religionis cũ

Vincētius
Monachus
fuit.

VINCEN. LIR. GALLI

Etis semper fidissimum, Christo adspirante condidimus, ut
 ibi depositis uanitatis ac superbiæ flatibus, Christianæ humi-
 litatis sacrificio placātes Deū, non solum præsentis uitæ nau-
 fragia, sed et futuri seculi incendia uitare possimus. Sed iam
 in nomine Domini quod instat adgrediar, ut. s. à maioribus tra-
 dita, et apud nos deposita describam, relatoris fide potius,
 quàm autoris præsumptione, hac tñ scribēdi lege seruata, ut
 nequaquam oīa, sed tantū necessaria quæq; perstringā: neque
 id ornato et exacto, sed facili communiq; sermone, ut plera-
 que significata potius, quàm explicata uideantur. Scribitur hi
 laute et accuratè, qui ad hoc munus uel ingenij fiducia, uel
 officij ratione ducuntur, me uerò subleuandæ recordationis,
 uel potius obliuionis meæ gratia Commonitorium mihimet
 parasse suffecerit, quod tamen paulatim recolendo quod didici emi-
 dare, et implere quotidie Domino præstante conabor. Atq;
 hoc ipsum idcirco præmonui, ut si fortè elapsum nobis in
 manus sanctorum deueniret, nihil in eo temerè reprehēdat,
 quod adhuc uideant promissa emendatione limandum. Sepe
 igitur magno studio et summa attentione perquirens, à quā
 plurimis sanctitate et doctrina præstantibus uiris, quo nam
 modo possim certa quadā, et quasi generali ac regulari uia
 catholice fidei ueritatem ab heretica prauitatis falsitate dis-
 scernere, huiusmodi semper responsum ab oībus ferè retuli, quod
 siue ego, siue quis uellet exurgentium hereticorum fraudes
 apprehendere, laqueosq; uitare, et in fide sana sanus atque
 integer permanere, duplici modo munire fidem suam domi-

Eccl. auto- no adiuuante deberet: Primò. s. diuinæ legis autoritate, tum
 ritas quare deinde Ecclesiæ catholice traditione.
 magnifica Hic forsitan requirat aliquis: Quum sit perfectus scriptura
 enda. rarum canon, sibi que ad omnia satis superque sufficiat, quod

opus est ut ei ecclesiastica intelligentia iungatur autoritas: Quia uidelicet scripturam sacram pro ipsa sui altitudine non uno eodemque sensu uniuersi accipiunt, sed eiusdem eloquia aliter atque aliter alius atque alius interpretatur, ut penes quot homines sunt, tot illinc sententiae erui posse uideantur. Aliter namque illam Nouatianus, aliter Sabellius, aliter Donatus exponit, aliter Arius, Eunomius, Macedonius, aliter Photinus, Apollinaris, Priscillianus, aliter Iouinianus, Pelagius, Celestius, aliter postremo Nestorius. Atqui idcirco multum necesse est propter tantos tam uarij erroris anfractus, ut prophetica et apostolica interpretationis linea, secundum ecclesiastici et catholici sensus normam dirigatur.

In ipsa item catholica ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus, quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est: hoc est etenim uere proprieque catholicum quod ipsa uis nominis, ratioque declarat, quae omnia uere uniuersaliter comprehendit. Sed hoc ita demum fit, si sequamur uniuersam Catholicam tatem, antiquitatem, consensionem. Sequemur autem uniuersam fidem constat sic modo: Si hanc unam fidem ueram esse fateamur uniuersam quam tota per orbem terrarum confitetur ecclesia: Antiquitate, Antiquitatem uero ita, si ab his sensibus nullatenus recedamus, quos sanctos maiores ac patres nostros celebrasse manifestum est: Consensione. Consensionem quoque itidem, si in ipsa uetustate omnium, uel certe penes omnium sacerdotum pariter et magistrorum definitiones, sententiasque sectemur. Quid igitur faciet Christianus catholicus, si se aliqua ecclesiae particula, ab uniuersalis fidei communionem praeciderit? Quid itaque, nisi ut pestifero corruptoque membro sanitatem uniuersi corporis anteponat? Quid si nouella aliqua contagio non iam portiunculam tantum sed totam pariter ecclesiam commaculare conetur? Tunc ite

prouidebit, ut antiquitati inhaereat, quae prorsus iam non potest ab ulla nouitatis fraude seduci. Quid si in ipsa uetustate duorum aut trium hominum, uel certe ciuitatis unius, aut et provinciae alicuius error deprehendatur? Tunc omnino curabit, ut paucorum temeritati uel inscitiae, si qua sunt uniuersaliter antiquitus uniuersalis concilij decreta praeponat. Quid si tale aliquid emergat, ubi nihil eiusmodi reperiatur? Tunc opera dabit, ut collatas inter se maiorum consulat interrogetque sententias, eorum duntaxat, qui diuersis licet temporibus et locis in unius tamen ecclesiae catholicae communiōe, et fide permanentes, magistri probabiles extiterunt, et quicquid non unus aut duo tantum, sed omnes pariter uno eodemque consensu aperte, frequenter, perseueranter, tenuisse, scripserisse, docuisse cognouerit, id sibi quoque intelligat absque ulla dubitatione credendum. Sed ut planiora fiat quae dicimus, exemplis singulatim illustranda sunt, et paulo uberius exaggeranda, ne immodice breuitatis studio rapiantur rerum pondera orationis celeritate.

Donatistae Tempore Donati, a quo Donatistae, qui sese multa pars Africae in erroris sui furias praecipitaret, quumque immemor nominis, religionis, professionis, unius hominis sacrilega temeritatem Ecclesiae Christi praeponeret, tunc quicumque per Africae constituti, profano schismate detestato, uniuersis mundi ecclesiis adfocitati sunt, soli ex illis omnibus intra sacra catholicae fidei salui esse potuerunt: egregiam profecto relictas posteris formam, quemadmodum. scilicet deinceps bono more unius, aut certe paucorum uesaniae uniuersorum sanitas anteferretur.

Ariani. Item quando Arianorum uenenum, non iam portiuicium lam quandam, sed penes orbem totum contaminauerat, adeo ut propere cunctis Latini sermonis Episcopis, partim ui, partim

fraude deceptis, caligo quædam mētibus offunderetur, quidnam potissimum in tanta rerum confusione sequendū foret, tunc quisquis uerus Christi amator et cultor extitit, antiquā fidem nouellæ perfidiæ præferendo, nulla contagij ipsius peste maculatus est. Cuius quidem t̄pis periculo satis superque monstratum est, quantum inuehatur calamitatis nouelli dogmatis inductione. Tunc siquidem non solum paruæ res, sed etiam maximæ labefactatæ sunt. Nec. n. tantum adfinitates, cognationes, amicitia, domus, uerum etiā urbes, populi, prouincie, nationes, uniuersum postremo Romanum Imperiū funditus concussum & emotum est.

Nam; quū profana ipsa Arianorū nouitas, uelut quæ Ariana no-
dam Bellona aut Furia, capto prius oīum Imperatore, cūcta uitas uelut
deinde palatij culmina legib. nouis subiugasset, nequaquā deī furia quæ=
ceps d̄stitit uniuersa miscere atq; uexare, priuata ac publica, dā armauit
sacra p̄fanaq; oīa, nullū boni et ueri gerere discriminē, sed quos totū orbē
cunq; collibuisse tāquā de loco sup̄iore p̄cutere. Tunc teme-
rate coniuges, depopulatæ uiduæ, profanatæ uirgines, dilace-
rata monasteria, disturbati Clerici, uerberati Leuitæ, acti in
exilium Sacerdotes, oppleta sanctis ergastula, carceres, me-
talla: Quorum pars maxima interdictis urbibus protrusi at-
que extorres, inter deserta, speluncas, feras, saxa, nuditate,
fame, siti affecti, contriti & tabefacti sunt. Atqui hæc om-
nia nunquid ullam aliam ob cām, nisi utique, dum pro coele-
sti dogmate humanæ superstitiones introducuntur? Dum be-
ne fundata antiquitas scelestæ nouitate subruitur, dū superio-
rum instituta uiolantur, dum rescinduntur scita patrum, dū
conuelluntur definita maiorum, dum sese intra sacratæ atque
incompactæ uetustatis castissimos limites profanæ ac nouellæ
curiositatis libido non continet. Sed forsā odio nouitatis,

VINCEN. LIR. GALLI.

et amore uetustatis hæc fingimus. Quisq; hoc aestimat, beato
 saltem credat Ambrosio, qui in secundo ad Imperatorē Gra-
 tianum libro, acerbitatem temporis ipse deplorans ait: Sed
 iam satis, inquit, omnipotēs Deus nostro exitio, nostroq; san-
 guine, Confessorum neces, exitia Sacerdotum, & nefas iñe
 impietatis elumus. Satis claruit, eos qui uiolauerint fidem,
 tutos esse non posse. Item in tertio eiusdem operis libro: Ser-
 uemus igitur, inquit, præcepta maiorum, nec hereditaria si-
 gnacula ausi rudis temeritate uiolemus. Librum signatum il-
 lum propheticum non seniores, non potestates, non angeli,
 non archægeli aperire ausi sunt, soli Christo explanãdus
 prærogatiua seruata est. Librum sacerdotalem quis nostrum
 designare audeat, signatum à Confessoribus, & multorum
 iam martyrio cõsecratum? Quem qui resignare coacti sunt,
 postea tamen damnata fraude signarunt, qui uiolare non au-
 si sunt. Confessores, & martyres extiterunt, quõ fidem eorũ
 possumus denegare, quorum uictoriam prædicamus? Prædi-
 camus planè, inquã, ò uenerande Ambrosi, laudantesq; mi-
 ramur: nã quis ille tam demens est, qui eos, & si adsequi non
 ualeat, non exoptet sequi, quos à defensione maiorũ fidei nul-
 la uis depulit? non mine, non blandimenta, nõ uita, nõ mors,
 non palatium, non satellites, non Imperator, non imperium,
 non homines, non demones. Quos, inquam, pro religiose
 uetustatis tenacitate tanto munere Dominus dignos iudica-
 uit, ut per eos prostratas restauraret Ecclesias, extinctos spi-
 ritales populos uiuificaret, deiectas Sacerdotum coronas re-
 poneret, nefarias illas nouellæ impietatis non literas, sed litu-
 ras, infuso cœlitus Episcopis fidelium lachrymarum fonte de-
 leret. Vniuersum postremò iam penè mundum, seu a repenti-
 næ hæreseos tempestate perculsum, ad antiquam fidem, à no-

uella p̄f̄dia ad antiquam sanitatē, à nouitatis uesania, ad anti-
 quā lucē, à nouitatis cæcitate reuocaret. Sed in hac diuīa qua-
 dā cōfessionū uirtute, illud est et nobis uel maximè cōsideran-
 dū, qđ tūc apud ipsam ecclesiæ uetustatē, nō partis alicuius,
 sed uniuersitatis ab ijs est suscepta defensio: Neq; n. fas erat,
 ut tanti ac tales uiri unius aut duorū hoīum errabūdas, sibiq;
 ipsis cōtrarias suspitiōes tam magno molimine adsererēt, aut
 uerò pro alicuius prouinciola temeraria quadā cōspiratione
 certarēt, sed oīum sanctæ ecclesiæ sacerdotū, apostolicæ et ca-
 tholicæ ueritatis, decreta et definita sectātes, maluerūt semet-
 ipsos, q̄ uetustæ uniuersitatis fidē prodere. Vnde et ad tātā
 gloriam puenire meruerunt, ut nō solum cōfessores, uerū etiā
 cōfessorum principes iure meritoq; habeantur. Magnum hoc
 igitur eorundē beatorum exēplum, planeq; diuinum, et ueris
 quibusq; catholicis indefessa meditatione recolendum, qui in
 modū septēp̄licis candelabri, septena sancti spūs luce radian-
 tis, elarissimam posteris formulam prēmōstrarūt, quo nā mo-
 do deinceps per singula q̄q; errorū uaniloquia, sacratæ uetu-
 statis autoritate profanæ nouitatis conteratur audacia. Neq;
 hoc sanè nouum, siquidem mos iste semp in ecclesia uiguit, ut
 quo quisq; floreret religiosior, eò prōptius nouellis adinuen-
 tionibus cōtraireret. Exēplis talibus plena sunt oīa. Sed ne lon-
 gum fiat, unum aliqđ, et hoc ab apostolica potissimum sede su-
 memus, ut omnes luce clarius uideant, beatorum apostolorū
 beata successio quanta ui semper, quanto studio, quanta con-
 tentione defenderit susceptæ semel religionis integritatem.

Quōdam igitur uenerabilis memoriæ Agripinus Cartha Agripinus
 gnēs̄is episcopus, primus oīum mortaliū cōtra diuīs canonē, iterati ba-
 cōtra uniuersalis ecclesiæ regulam, cōtra sensum oīum consa ptissimi au-
 cerdotum, contra morem atq; instituta maiorum rebaptizan thor.

dum esse censebat. Quæ præsumptio tantum mali inuexit, non solum hæreticis omnibus formam sacrilegij, sed quibusdam catholicis occasionem præbuerit erroris.

Cum ergo undiq; ad nouitatē rei cuncti reclamaret, oēs quaquauersum sacerdotes pro suo quisq; studio reniterentur, tunc beatæ memoriæ papa Stephanus, aplice sedis Antistes, cum cæteris quidem collegis suis, sed tñ præ cæteris repositus, dignum ut opinor existimans, si reliquos oēs tantum fidei

Romanæ deuotione uinceret, quantum loci autoritate superabat. De ecclesiæ auctoritas. *au* niq; in epistola, q̄ tunc ad Aphricā missa est, et his uerbis

xit, nihil nouandum nisi qd̄ traditum est. Intelligebat enim uir sanctus et prudens, nihil aliud rōnem pietatis admittens, nisi ut omnia, qua fide à patribus suscepta forent, eadem filiis consignarentur, nosq; religionem non qua uellemus da-

Ducatum cere, sed potius qua illa duceret sequi oportere, idq; esse præbet nõ prium christiænæ modestiæ et grauitatis, non sua posteris tribus religio dere, sed amatoribus accepta seruare.

non nos re *ligioni.* Quis ergo tunc uniuersi negotij exitus, quis utiq; nisi usitatus et solitus? Retenta est. s. antiquitas, explosa nouitas. Sed fortè tunc ipsi nouitiæ adinuentioni patrociniæ defuerūt. Imò uerò tanta uis ingenij adsuit, tanta eloquentiæ flumina, tantus adfertorum numerus, tanta ueri similitudo, tanta diuina legum oracula, sed planè nouo ac malo more intellecta, ut minime illa conspiratio nullo modo destrui potuisse uideatur, nisi sola tanti moliminis causa ipsa illa suscepta, ipsa defensa, ipsa laudata nouitatis professio destituisset.

Quid postremò ipsius Aphricani cõcilij siue decreti, q̄ in res donante Deo, nulla sed uniuersa tanq̄ somnia, tanquam fabulæ, tanquã supflua, abolita, antiquata, calcata sunt. Et o rerũ mira cõuersio, authores eiusdē opi. catholici, cõsectatores

uerò heretici iudicantur: Absoluuntur magistri, cōdēnantur
 discipuli: cōscriptores librorū filij regni erūt, assertores uerò
 gehēna suscipiet: Nā q̄s ille tam demens est, qui illud sctōrum
 oīum et episcoporum, et martyru lumen beatissimū Cypria- **Cyprianum**
 num cū ceteris collegis suis in aeternū dubitet regnaturū esse
 cū Christo? Aut q̄s tam cōtrā sacrilegus, qui Donatistas et cæ **Donatista**
 teras pestes, q̄ illius auctoritate cōsiliij rebaptizare se iactitāt, **rebaptizat**
 in sempiternū neget arsueros eē cum diabolo? Qd' quidē mihi
 diuinitus uidetur promulgatum eē iudiciū, pp̄ eorū maximē
 fraudulētiā, qui cum sub alieno noīe hāresim cōcinnare ma-
 chinentur, captant plerunq; ueteris cuiuspiā uiri scripta, pau-
 lō iuolūtius edita, q̄ pro ipsa sui obscuritate dogmati suo qua **Hæretico-**
 si cōgruant, ut illud nescio qd' q̄cunq; proferūt, neq; primi, **rum uasfri-**
 neq; soli sentire uideantur. Quorū ego nequitia duplici odio **cies.**
 dignam iudico, uel eō q; hāreseos uenenū propinare alijs nō
 ptimescunt, uel eō ēt qd' sancti cuiusq; uiri memoriam tanquā
 sopitos iam cineres profana manu uētilant, et q̄ silentio sepeli-
 ri oportebat, rediuiua opinione diffamant: sequentes oīno ue-
 stigia auctoris sui Cham, qui nuditatē uenerandi Noe, nō mo-
 do operire neglexit, uerū quoq; irridēdam ceteris enūciauit.
 Vnde tantā lese pietatis meruit offensam, ut ēt posteri ipsius **Filij Cham**
 pēli sui maledictis obligarentur, beatis illis fratribus, lōgeq; **qui sint ho-**
 dissimilibus, qui nuditatem ipsam reuerendi p̄ris neq; suis te- **die.**
 merare oculis, neq; alienis patere uoluerūt. Sed auersi ut scri-
 bitur texerunt eū. Quod est, erratum sancti uiri nec adpro-
 basse, nec prodidisse, atque idcirco beata in posteros benedi-
 ctione donati sunt. Sed ad propositum redeamus.

Magno igitur metu nobis imutatæ fidei, ac temeratæ reli-
 gionis piaculū ptimescendū est, à quo nos non solū cōstitutio-
 nis ecclesiasticæ disciplina, sed et censura apostolicæ deterret

autoritatis. Scitū etenim cunctis est, quā grauitate, q̄ seuerē,
 quā uehemēter iuehatur in quosdā beatus apostolus Paul. qui
 mira leuitate nimitū cito translati fuerant ab eo, qui eos uoca
 uerat in grām Christi, in aliud euange. q̄ nō est aliud, qui co
 aceruarāt sibi magistros ad sua desideria, à ueritate quidē u
 ditū auertētes, cōuersi uerò ad fabulas, hñtes damnationem.
 Quid primā fidē irritam fecissent? quos decepant ij, de quib
 Rom. 16 bus ad Rom. fratres scribit idē Apost. Rogo autē uos fratres,
 ut obseruetis eos, qui dissensioēs et offendicula prater doctri
 nam quā ipsi didicistis faciunt, & declinate ab illis: hñmōn.
 Christo dño nō seruiunt, sed suo uētri, et per dulces sermones
 et bñdictiones seducunt corda innocentū. Qui intrant per do
 mos, et captiuas ducūt mulierculas oneratas pētīs, q̄ ducunt
 1. Timot. 3 uarijs desiderijs, semp̄ discētes, et ad scīam ueritatis nūquam
 puenientes, uaniloqui et seductores, qui uniuersas domos sub
 uertūt, docētes q̄ nō oportet turpis lucri grā, hoēs corrupti
 mēte, reprobī circa fidē, superbi, et nihil sciētes, sed languētes
 circa qōnes et pugnas uerborū, qui ueritate priuati sunt, exci
 stimantes q̄stum eē pietatē, simul autē et otiosi discūt circūire
 domos, nō solū autē otiosi, sed et uerbosi, et curiosi, loquētes
 q̄ nō oportet, qui bonam cōscīam repellentes circa fidē nau
 fragauerunt. Quorū profana uaniloquia multū proficiūt ad
 impietātē, et sermo eorū ut cancer serpit. Bñ autē qd' de hīs uic
 scribit: sed ultra nō proficiūt, insipientia. n. eorum manifesta
 erit oībus, sicut et illorū fuit. Cum ergo tales quidā circūuen
 tes puincias et ciuitates, atq; errores uenalicios circūferēdo
 ēt ad Galat. deuenissent: cūq; his auditis Galatē, nausea qua
 dā ueritatis adfecti, apostolicæ, catholicæq; doctrinæ mānā re
 mouētes hēreticæ nouitatis sordibus oblectarent, ita sese apo
 stolicæ ptāsis exercuit autoritas, ut sūma cū seueritate decera

eret: Sed licet aut nos inquit, aut angelus de caelo euangelizet uobis praterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Quid est quod ait, sed licet nos? Cur non potius, sed licet ego? Hoc est, et si Petrus, etiam si Andreas, etiam si Ioan. etiam si postremo omnis Apostolorum chorus euangelizet uobis, praterquam quod euangelizauimus, anathema sit. Tremenda distinctio propter adferendam primae fidei tenacitate, nec sibi nec caeteris Coapostolis pepercisse. Parum est etiam si angelus inquit, de caelo euangelizet uobis, praterquam quod euangelizauimus, anathema sit. Non suffecerat ad custodia tradita semel fidei humanae conditionis commemorasse naturam, nisi angelicam quoque excellentiam comprehendisset: licet nos inquit, aut angelus de caelo. Non quia sancti caelestes quoque angeli peccare iam possint, sed hoc est quod dicit: si est, inquit, fiat quod non potest fieri, quisquis ille traditam semel fidem mutare tetauerit, anathema sit. Sed haec forsitan perfunctorie praeloquutus est, et humano potius effudit impetu, quam diuina ratione decreuit. Absit. Sequitur. n. et hoc ipsum ingenti molimine iterata insinuationis inculcat: Sicut praediximus inquit, et nunc iterum dico: Siquis uobis euangelizauerit praterquam quod accepistis, anathema sit. Non dixit: siquis uobis adnutiauerit praterquam quod accepistis, benedictus sit, laudetur, recipiatur, sed anathema sit inquit. i. separatus, segregatus, exclusus, ne unius ouis fieri. Anathema aliquem dicitur cotagium innoxium gregem Christi uenenata promissione contaminet. Sed forsitan Galatis tantum ista praeccepta sunt. Ergo et illa solis Galatis imperata sunt, quae in eiusdem Epistolae sequentibus commemorantur, qualia sunt haec: Si uiuimus spiritu, spiritu et ambulemus: Non efficiamur inanis gloriae cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidetes. Et reliqua. Quod si absurdum est, et uerbis ex aequo impata sunt, restat ut sicut haec morum mandata, ita et illa quae de fide cauta sunt omnes pari modo comprehendat:

VINCE N. LIR. GALLI.

Et sicut nemini licet inuicē prouocare, aut inuidere inuicem,
 ita nemini liceat, preter id qd' ecclesia catholica usq; quaque
 euangelizat accipere. Aut forsitan tūc iubeatur, si quis aduē
 tiasset prater q̄ quod adnūtiatū fuerat anathemari, nūc uero
 iam nō iubetur. Ergo et illud qd' itē ibi ait: Dico autē spū con
 bulate, et desideriu carnis nō pficietis. Tunc tantū iubeatur
 modò uero iam nō iubetur. Qd' si impium pariter et p̄uicio
 sum ē ita credere, necessariò sequitur, ut sicut hæc cūctis etate
 tibus obseruāda sunt, ita illa quoq; q̄ de nō mutanda fide ser
 uata sunt cūctis etatibus imperata sint. Adnūtiare ergo aliqd
 Christianis catholicis, prater id qd' acceperūt, nūquā licet,
 nusquā licet. Nū licebit et anathemare eos qui adnūtiēt ali
 quid prater q̄ qd' semel acceptū est? nunquā nō oportuit, nisi
 quā nō oportet, nūquā nō oportebit. Quæ cū ita sint, est ne
 aliquis uel tantæ audaciæ, qui prater id qd' apud ecclesiā ad
 nūtiatū est, adnūtiēt? Vel tantæ leuitatis, qui prater id qd' ab
 ecclesia accepit, accipiat? Clamet, et repetēdo clamet, et oīa
 bus, et semp, et ubiq; p̄ literas suas clamet ille, ille? Vas electio
 nis, ille magister Gētū, ille Apostolorū tuba, ille terrarū pre
 co, ille cœlorum conscius, ut si quis uouum dogma adnūti
 uerit, anathemetur. Et contra reclamant ranæ quædā, et cy
 niphes, et muscæ morituræ, quales sunt Pelagiani, et heretici
 catholicis. Nobis inquit, authoribus, nobis principibus, nos
 bis expositoribus dānate quæ tenebatis, tenete quæ dānab
 tis, reijcite antiquā fidē, paterna instituta, maiorū deposita, et
 recipite quæ nā illa tādē? Horreo dicere, sunt. n. tam sup̄ba, ut
 mihi nō mō adfirmari, sed ne reselli quidem sine aliquo p̄i
 culo posse uideantur. Sed dicet aliquis.

Quædam Cur ergo p̄sepe diuinitus sinūtur excellētes q̄dam p̄sone
 ne quidem in ecclesia cōstitutæ, res nouas catholicis adnūtiare? Recta in

ADVER. PROF. NO.

terrogatio, et digna q̄ diligentius atq; uberius p̄tractetur, cui refelli sine
 tū nō ingenio proprio, sed diuinæ legis auctoritate ecclesia= piaculo sa
 stici magistri documēto satisfaciendū est. Audiamus ergo Sā tis possunt
 ctum Moſen, & ipse nos doceat cur docti uiri, & qui p̄pter
 scientiæ gratiā, ab Apostolo et Propheta nuncupantur, pro=
 ferre interdū p̄mittantur, noua dogmata, quæ uetus testamen
 tū allegorico sermone deos alienos appellare cōsueuit, eò qd' **Dij alieni.**
 scilicet ita ab hæreticis ipſorū opiniones, sicut à gētilibus dij
 sui obseruētur. Scribit ergo in Deuteronomio beatus Moſes:
 Si surrexerit, inquit, in medio tui Propheta, aut quis somniū
 uidisse se dicat: Id est, magister in ecclesia cōstitutus, quē disci
 puli uel auditores sui ex aliqua reuelatiōe docere arbitrētur.
 Quid deinde? Et p̄dixerit, inqt, signū atq; portētū, & eue
 nerit qd' loquutus est. Magnus profecto nescio quis significa
 tur magister, & tantæ scientiæ, qui sectatoribus proprijs non
 solum q̄ humana sunt nosse, uerum et quæ supra hominē sunt
 p̄noscere posse uideatur. Quales ferè discipuli sui iactitant
 fuisse Valentinum, Donatum, Photinum, Apollinarem, cæ
 terosq; eiusmodi. Quid postea? Et dixerit, inquit, tibi, eamus
 & sequamur deos alienos quos ignoras, et seruiamus eis. qui
 sunt dij alieni, nisi errores extranei quos ignorabas. i. noui et
 inauditi: & seruiamus eis, id est, credamus eis, sequamur eos.
 Quid ad extremum? Non audies, inquit, uerba Propheta il
 lius, aut Somniatoris. Et quare, oro, te à deo non prohibetur
 doceri, qd' adeo prohibetur audiri? Quia, inquit, tē: at uos do
 minus deus uester, ut palā fiat, utrum diligatis eum an non in
 toto corde, & in tota anima uestra.

Hæreses

Luce clarius apta causa est, cur interdū diuina prouidētia quare chri
 quosdā ecclesiarū magistros, noua q̄dam dogmata p̄dicare stus exori
 patiatur, ut tentet uos dominus, inquit, deus uester. Et profe=
 ri patiatur

Et magna tentatio est, cum ille quem tu Prophetam, quem
 prophetarū discipulū, quē doctorem & adfertorem ueritatis
 putes, quem summa ueneratione & amore cōplexus sis, sub
 bito latenter noxios subinducat errores, quos nec cito apprehendere
 ualeas, dū antiqui magisterij ducis praeiudicio, nec
 facile damnare ducis fas, dum magistri ueteris praepeditis
 sectu. Hic forsitā efflagitet aliquis, ut ea quae sancti Mosē uer
 bis adserta sunt, ecclesiasticis aliquibus demonstrētur exemplis.
 Aequa ex postulatio, nec diu differenda: Nam ut à proximis,
 & manifestis incipiam, qualem fuisse nuper tentationem pu
 tamus, cum infelix ille Nestorius, subito ex oue conuersus in
 lupum, gregem Christi lacerare coepisset? cum eū hi ipsi qui
 rodebantur ex magna adhuc parte ouem crederent, ideoque
 morsibus eius magis paterent. Nam quis eum facile errare
 arbitraretur, quem tanto imperij iudicio electum, tanto sacer
 dotum studio profecutum uideret? qui cum magno sanctorum
 amore, summo populi fauore celebraretur quotidie, palam
 diuina tractabat eloquia, & noxios quoque Iudeorum &
 gentilium confutabat errores. Quo tandem isto modo nō cui
 us fidem faceret se recta docere, recta praedicare, recta senti
 re? Qui ut uni haeresi suae aditum patefaceret, cunctarum ha
 reseon blasphemias insectabatur. Sed hoc erat illud quod Mos
 Nestorius ait: Tentat uos dominus deus uester, si diligatis eum
 qualis. non. Et ut Nestorium praetereamus, in quo plus semper ad
 mirationis quā utilitatis, plus famae quā experientiae fuit: que
 opinione uulgi aliquandiu magnū humana magis fecerat gra
 tia quā diuina. Eos potius commemoremus, qui multis profe
 ctibus, multaque industria praediti, nō paruae tētationi catholica
 Photinus cis hominibus extiterūt: uelut apud Pānonias maiorū memo
 Pānonius ria Photinus ecclesiam Sirmitanam tentasse memoratur, ubi
 cum

cum magno oīum fauore in sacerdotium fuisset ascitus, & ali
 quādiu tāquam catholicus administraret, subito sicut malus
 ille Propheta, aut somniator, quē Moses signat, creditam sibi
 plebem Dei persuadere cœpit, ut sequeretur deos alienos, id
 est, errores extraneos, quos antea nesciebat. Sed hoc usitatū,
 illud uerò pernitosum, qd' ad tantum nefas nō mediocribus
 adminiculis utebatur: nam erat & ingenij uiribus ualens, &
 doctrina opibus excellens, et eloquio præpotens: quippe qui
 utroq; sermone copiose & grauius disputaret, & scriberet,
 qm̄ monumentis librorū suorum manifestatur, quos idem par Photinus
 tim Græco, parim Latino sermone cōposuit, Sed bene, qd' Græcos et
 cōmissi ipsi oues Christi multū pro catholica fide uigilantes Latinos li-
 et caute cito ad præmonētis Mosi eloqa respexerūt, et Pro- bros scri-
 pheta atq; pastoris sui licet admirarentur eloquentiam, tenta ptos reli-
 tionem tñ non ignorarunt: Nam quem antea quasi arietē gre quit.
 gis sequebantur, eundem deinceps uelut lupum fugere cœpe-
 runt. Neq; solum Photini, sed ēt Apollinaris exemplo istius Apollina-
 ecclesiasticæ tentationis periculum discimus, & simul ad ob- ris.
 seruandæ diligentius fidei custodiam cōmonemur: Etenim ip-
 se auditoribus suis magnos actus, & magnas generauit angu-
 stias, quippe cū eos huc ecclesiæ traheret authoritas, huc ma-
 gistri retraheret cōsuetudo, sic inter utraq; nutabundi & sus-
 citantes quid potius sibi seligendum foret nō expediunt. Sed
 forsitan eiusmodi ille uir erat, qui dignus esset facile cōtem-
 ni. Imò uerò tantus ac talis, cui nimium cito in plurimis cre-
 deretur. Nā quid illo præstantius acumine, exercitatione, do-
 ctrina: quā multas ille hæreses multis uoluminibus oppres-
 serit, quot inimicos fidei cōstitauerit errores, iditio est opus
 illud 30. non minus librorū nobilissimum & maximum, quo Porphy-
 rianas Porphyrij calumnias magna probationū mole cōsu- riuus.

dit. Longum est uniuersa ipsius opera cōmemorare, quibus profecto summis ædificatoribus ecclesiæ par esse potuisset, nisi profana illa hæreticæ curiositatis libidine noui nescio quæ adinuenisset, quo & cunctos labores suos uelut cuiusdam lepræ admistione scædaret ut cōmitteret et doctrina eius non tantum ædificatio, quàm tentatio potius ecclesiastica diceretur. Hic à me forsitan deprecatur, ut horum quos supra cōmemorauimus hæreses exponam, Nestorij. s. Apollinaris et Photini. Hoc quidem ad rem de qua nunc agimus non attinet: propositum enim nobis non est singulorum errores persequi, sed paucorum exemplum proferre, quibus euidenter ac perspicue demonstratur illud quod Moses ait. Quia, scilicet si quis ecclesiasticus aliquis magister, et ipse interpretandis prophetarum mysterijs propheta, non quiddam in ecclesiam Dei tentet inducere, ad tentationem ipsam stram fieri prouidentia diuina patiat. Vtile igitur fuerit in excursu, quid supra memorati hæretici sentiant, breuiter exponere.

Photini sententia. Photinus, Apollinaris, Nestorius. Photini ergo sententia hæc est: Dicit Deum singulum esse et solitarium, et more iudaico cōfitendum, trinitatis plenitudinem negat, neque ullam dei uerbi, aut ullam spiritus sancti putat esse personam: Christum uero hominem tantummodo solitarium adserit, cui principium adseribit ex Maria, & hoc omnimodis dogmatizat, solam nos personam Dei patris, et solum Christum hominem colere debere. Hæc ergo

Apollinaris sententia. Photinus. Apollinaris uero, in unitate quidem trinitatis quoad cōsentire se iactitat, et hoc ipsum non plena fidei sanitate, sed in Domini incarnatione aperta professione blasphematur: Dicit, non in ipsa Saluatoris nostri carne, aut animam humanam penitus non fuisse, aut certe tale fuisse, cui mens et ratio non esset. Sed et ipsam Domini carnem, non de sanctæ uirginis Mariæ carne susceptam, sed de cælo in uirgine descendisse dicebat, eamque nutantem

semper & dubius, modo coeternā Deo uerbo, modo de uerbi diuinitate factam prædicabat: nolebat. n. in Christo duas esse substantias: unam diuinam, alteram humanā, unam ex patre, alteram ex matre: sed ipsam uerbi naturam putabat esse discissam, quasi aliud eius permaneret in Deo, aliud uerò uersum fuisset in carnē, ut cum ueritas dicat ex duabus substātijs unum esse Christum: ille cōtrarius ueritati, ex una Christi diuinitate duas adserat factas esse substantias, Hæc itaq; Apollinaris, Nestorius aut cōtrario Apollinari morbo, dū sese duas Nestorij er in Christo substantias distinguere simulat, duas introducit re ror. pente personas, & inaudito scelere duos esse uult filios Dei, duos Christos: unum Deum, alterum hoīem: unum qui ex patre, alterum qui sit generatus ex matre. Atq; ideo adserit sanctam Mariam nō θεοτοκον, sed Χριστότοκον esse dicendam: quia, ex ea nō ille Christus qui Deus, sed ille qui erat homo natus sit. Quod si quis eū putat in literis suis unū Christum dicere, et unam Christi prædicare personam, nō temere credat: aut. n. istud fallendi arte machinatus est, ut per bona facilius suaderet & mala, sicut ait Apost. Per bonum mihi operatus est mortē. Aut ergo ut diximus, fraudulentie causa quibusdam in locis scriptorū suorum unum Christum, & unam Christi psonam credere se iactitat: Aut certe post partū iam uirginis ita in unū Christum duas perhibet cōuenisse psonas, ut tū cōceptus, seu partus uirginei tpe, & aliquanto postea duos Christos fuisse cōtendat. Et cum. s. Christus homo communis primū & solitarius natus sit, & necdum Dei uerbi personæ unitate sociatus, postea in eum adsumptis uerbi psona descenderit: et licet nunc in Dei gloria maneat adsumptus aliquandiu, tū nihil inter illum et cæteros hoīes interfuisse uideatur. Hæc ergo Nestorius, Apollinaris, Photinus aduersus

VINCEN. LIRI. GALLI

catholicam fidem rabidi canes latrant: Photinus trinitatem
 non confitendo: Apollinaris conuertibilem uerbi dicendo natu-
 ram, et duas in Christo substantias non confitendo, et aut to-
 tam Christi animam, aut certe mentem atque rationem in anima dene-
 gando, et adserendo pro sensu mentis fuisse Dei uerbum: Ne-
 storius duos Christos, aut semper esse, aut aliquandiu fuisse ad-
 seuerando. Ecclesia uero catholica, et de Deo, et de Saluato-
 re nostro recta sentiens, nec in trinitatis mysterio, nec in Chri-

Due sub- si incarnatione blasphematur: Nam et unam diuinitatem in tri-
stantia in nitatis plenitudine, et trinitatis aequalitatem in una atque eadem
Christo. maiestate ueneratur: et unum Christum Iesum, non duos, eade-
 demque Deum pariter atque hominem confitetur: Vnam quidem in
 eo personam, sed duas substantias: duas subsistentias. sed unam
 credit esse personam: duas substantias, quia mutabile non est uer-
 bum Dei, ut ipsum uerteretur in carne: unam personam, ne duos
 profitendo filios quaternitatem uideatur colere, non trinitatem.
 Sed operaepretium est, ut idipsum et atque et distinctius et ex-
 pressius enucleemus: In deo una substantia, sed tres personae:
 In Christo duae substantiae, sed una persona: In trinitate alius
 atque alius, non aliud atque aliud: In Saluatore aliud atque aliud,
 non alius atque alius. Quo in trinitate alius atque alius, non aliud
 aliud. atque aliud? Quia. scilicet alia est persona patris, alia filij, alia spiritus
 sancti. Sed tamen patris et filij et spiritus sancti non alia et alia,
 sed una eademque natura. Quo in Saluatore aliud atque aliud,
 non alius atque alius? Quia uidelicet altera substantia diuinitatis,
 altera humanitatis, sed tamen deitas et humanitas non alter et
 alter. sed unus. idemque Christus, unus idemque filius Dei, et
 unius eiusdemque Christi et filij Dei una eademque persona. Sic
 ut in homine aliud caro, et aliud anima, sed unus idemque homo anima
 et caro. In Petro uel Paulo aliud anima, aliud caro, nec tamen duo

Petri caro & aīa, aut alter Paulus aīa, et alter caro, sed unus
 idemq; Petrus, unus idemq; Paulus, ex duplici diuersaq; sub=
 sistens animi corporisq; natura. Ita igitur in uno eodemq;
 Christo duæ substantiæ sunt, sed una diuina, altera humana:
 una ex patre Deo, altera ex matre uirgine: una coæterna &
 æqualis Patri, altera ex tpe & minor Patre: una cōsubstan=
 tialis Patri: altera cōsubstantialis matri: unus tñ idemq; Chri=
 stus in utraq; substantia. Nō ergo alter Christus Deus, alter
 homo: nō alter increatus, alter creatus: nō alter impassibilis,
 alter passibilis: nō alter æqualis Patri, alter minor Patre: non
 alter ex patre, alter ex matre, sed unus idemq; Christus Deus
 & homo, idem nō creatus & creatus, idem incōmutabilis et
 impassibilis: idem cōmutatus & passus: idem Patri & æqua=
 lis et minor: idē ex Patre ante secula genitus: idē in seculo ex
 matre generatus: perfectus Deus, pfectus homo: in Deo sum=
 ma diuinitas, in hoīe plena humanitas: Plena, inquam, huma=
 nitas, quippe quæ aīam simul habeat & carnē, sed carnē ue=
 ram nostram, maternam: aīam uerò intellectu præditā, men=
 te ac rōne pollutē. Est ergo in Christo uerbum, aīa, caro, sed
 hoc totum unus est Christus, unus filius Dei, et unus Salua=
 tor ac redemptor noster. Vnus aut nō corruptibili nescio qua
 diuinitatis & humanitatis cōfusione, sed integra & singula=
 ri quadam unitate psonæ: Neq; n. illa cōiunctio alterum in al=
 terum cōuertit atq; mutauit, qui est proprius Arianorū, sed Ariani cō=
 ita in unum potius utrunq; cōpegit, ut manente semp in Chri fundūt na=
 sto singularitate unius eiusdemq; personæ, in æternum quoq; turas.
 pmaneat proprietas uniuscuiusq; naturæ: quò. s. nec unquam
 Deus corpus esse incipiat, nec aliqñ corpus esse desistat, quæ
 et humanæ cōditionis demōstratur exemplo. Neq; n. in præ=
 senti tantū, sed in futuro quoq; unusquisq; hoīum ex aīa con=

stabit & corpore, nec tñ unq̄ aut corpus in aīam, aut anima
 uertet̄ in corpus, sed unoquoq; hoīum sine fine uicturo, in
 unoquoq; hoīum sine fine necessariò utriusq; substantiæ differe
 rentia, p̄manebit. Ita in Christo quoq; utriusq; substantiæ sic
 cuiq; in eternū pprietas, salua tñ p̄sonæ unitate retinēda est.
 Sed cū p̄sonā sepius nominamus, & dicimus q̄ Deus p̄sona
 hō factus sit, uehemēter uerēdū est, ne hoc dicere uideamur,
 q̄ Deus uerbū sola imitatione actiōis q̄ sunt n̄ra suscepit, et
 quicqd̄ illud est cōuersationis humanæ quasi adumbratus nō
 quasi uerus homo fecerit. Sicut ī theatris fieri solet, ubi uis
 plures effingit repētē personas, quarum ipse nulla est: Qua
 tiescunq; etenim aliqua suscipitur imitatio actionis alienæ, uel
 aliorum officia aut opera patrantur, ut tñ hi qui agunt non
 Manichæi sint ipsi quos agūt. Neq; n. ut uerbi gratia seculariū & Ma
 nichæorū utamur exēplis, cum actor tragicus sacerdotē effin
 git, aut regem, sacerdos aut rex est: nam desinente actū simul
 & ea quæ susceperat persona desistunt. Absit hoc à nobis ne
 fariū sceleratūmq; ludibriū, Manichæorū sit ista demen
 tia, qui phantasiæ prædicatores, aiunt filium Dei Deum per
 sonam hoīs non substantiæ extitisse, sed actū putatiū quodā
 & conuersatione simulasse. Catholica uerò fides ita uerbum
 Dei hoīem factum esse dicit, ut quæ nostra sunt, nō fallaciter
 & adumbratē, sed uerē expressēq; susciperet, & quæ erant
 humana, non quasi aliena imitaretur, sed potius ut sua gere
 ret, & prorsus qđ agebat, hoc ēt quem agebat is esset. Sicut
 ipsi nos quoq; in eo qđ loquimur, sapimus, uiuimus, subsisti
 mus, nō imitamur hoīes, sed sumus: Neq; n. Petrus & Ioan
 nes, ut eos potissimū nominem, imitando erāt hoīes, sed subsi
 stendo. Neq; item Paulus simulabat Apostolum, aut fingebat
 Paulum, sed erat Apostolus, & subsistebat Paulus. Ita etiam

Deus uerbum adsumendo, & habendo carnē, loquendo, faci-
 ciendo, patiēdo per carnē, sine ulla tñ suæ corruptione natus
 re hoc oīno præstare dignatus est, ut hoīem perfectum non
 imitaretur, aut fingeret, sed exhiberet, ut homo uerus non ui-
 deretur aut putaretur, sed eēt atq; subsisteret. Igitur sicut aīa
 cōnexa carnī, nec in carnē tñ uersa, non imitatur hoīem, sed
 est homo: & homo nō per simulationem, sed per substantiā,
 ita ēt uerbum Deus absque ulla sui cōuersione ueniēdo, se ho-
 mini nō cōfundendo, nō imitando factus est homo, sed subsi-
 stendo. Abijciatur ergo tota penitus personæ illius intelligen-
 tia, quæ fingendo imitatione suscipitur, ubi semper aliud est,
 & aliud simulatur, ubi ille q̄ agit nunq̄ is est quē agit. Absit
 etenī ut hoc fallaci mō deus uerbū psonā hoīs suscepisse cre-
 datur, sed ita potius, ut incōmutabili sua manente substantia,
 et in se pfecti hoīs suscipiendo naturā, ipse caro, ipse hō, ipse
 persona hoīs existeret, nō simulatoria sed uera: non imitati-
 ua, sed substantiua: non denique q̄ cum actione desisteret, sed
 quæ prorsus in substantia permaneret. Hæc igitur in Christo
 psonæ unitas nequaquā post uirginis partum, sed in ipso uir-
 ginis utero cōpacta atque perfecta est: Vehementer etenim
 præcauere debemus, ut Christum nō modo unum, sed ēt sem-
 per unum cōfiteamur: quia intoleranda blasphemia est, ut ēt
 si nunc eum unum esse cōcedas, aliqñ tñ non unum, sed duos
 fuisse cōtendas, unum. s. post tempus baptismatis, duos uerō
 sub tpe natiuitatis. Qd' immensum sacrilegiū nō aliter profē-
 ctō uitare poterimus, nisi unitū hoīem Deo, sed unitate per-
 sonæ, non ascensu uel resurrectione, uel baptismo, sed iam in
 matre, iam in utero, iam denique in ipsa uirginali cōceptione
 fateamur, pp̄ quam personæ unitatem indifferenter ei atque
 promiscuē & quæ Dei sunt propria tribuuntur homini, &

que carnis ppria adscribuntur Deo. Inde est, n. qd' diuinitus
 scripūt est: Et filiū hoīs descendisse de cœlo, & dñm manū
 tis crucifixū in terra: Inde & ē est ut carne dñi facta, carne
 dñi creata, ipsum uerbū dei factū, ipsa sapientia dei impleta,
 scīa creata dicatur, sicut in præscentia manus ipsius et pedis
 fossi esse referuntur. Per hanc, inquam, personæ unitatem, illud
 quoque similis mysterij rōne perfectum est, ut carne uera
 bi ex integra matre nascente, ipse Deus uerbum natus ex uir-
 gine catholicissimè credatur, impijssimè denegetur. Quæ cū
 ita sint, absit ut quisquam sanctam Mariā diuinæ gratiæ pri-
 uilegijs ut speciali gloria fraudare conetur: Est, n. singularis
 quodam dñi ac Dei, nō filij aut sui munere uerissimè ac bea-
 tissimè θεότοκος cōfitenda. Sed nō eo modo θεότοκος, quo
 impia qdam hæresis suspicatur, quæ adserit eam Dei matrē
 sola appellatione dicendam, quæ eum s. pepererit hoīem, qui
 postea factus est Deus, sicut dicimus presbyteri matrem, aut
 episcopi matrem, nō iam presbyterum aut episcopum parien-
 do, sed eum generando hoīem, qui postea presbyter uel epi-
 scopus factus est. Non ita, inquam, sancta Maria θεότοκος,
 sed ideo potius, quoniam ut suprā dictum est, iam in eius sa-
 crato utero sacrosanctum illud mysterium perpetratum est,
 quod pp singularē quādam atque unicam personæ unitatem,
 sicut uerbū in carne caro, ita homo in deo Deus est. Sed iam
 ea quæ cē supra memoratis hæresibus, uel de catholica fide
 breuiter dicta sunt, renouandæ causæ memoriæ breuius stri-
 ctiusq; repetamus, quo s. & intelligantur iterata plenius, &
 firmius inculcata teneantur. Anathema igitur Photino, nō re-
 cipiēti plenitudinē trinitatis, & Christū hominē tantummo-
 do solitarium prædicāti. Anathema Apollinari, adserenti in
 Christo cōuersæ diuinitatis corruptionē, & auferenti pfectæ

Maria.
 θεότο
 κος.

humanitatis proprietatē. Anathema Nestorio, neganti ex uir-
 gine deū natum, adserenti duos Christos, et explosa trinitatis
 fide quaternitatē nobis introducēti. Beata uerò catholica ec-
 clesia, q̄ unum deum in trinitatis plenitudine, & itē trinitatis
 & equalitatem in una diuinitate ueneratur, ut neq; singularitas
 substantiæ p̄sonarum cōfundat proprietatem, neq; uem trini-
 tatis distinctio unitatem separet deitatis. Beata inquam eccle-
 sia, quæ in Christo duas ueras p̄fectasq; substantias, sed unam
 Christi credit esse p̄sonā, ut neq; naturarū distinctio unitatem
 p̄sonæ diuidat, neq; itē personæ unitas differentiam cōfundat
 substantiarū. Beata inquam ecclesia, q̄ ut unum semper Christiū
 & esse & fuisse fateatur, unitū hoīem deo non post partum,
 sed iam in ipso matris utero, cōfiteatur. Beata inquam ecclesia, q̄
 deum factum hoīem nō cōuersione naturæ, sed personæ ratio-
 ne intelligit, personæ aut nō simulatoriæ & transeuntis, sed
 substantiæ ac permanēis. Beata inquam ecclesia, quæ hanc
 p̄sonæ unitatē tantam uim habere prædicat, ut p̄p̄ eam miro
 ineffabiliq; mysterio & diuina homini, & deo adscribat hu-
 mana: Nā propter eam & hoīem de cælo sc̄d̄m deū descen-
 disse nō abnegat, & deū sc̄d̄m hoīem credit in terra factum,
 passum, & crucifixū. Propter eam deniq; & hominē dei fi-
 lium, & deum filium uirginis cōfiteatur. Beata igitur ac uene-
 randa, b̄d̄icta & sacrosancta, et oīno supernæ, illi angelorū
 laudationi cōparanda confessio, quæ unum dominum deū tri-
 na sanctificatione glorificat. Idcirco etenim uel maximē uni-
 tatē Christi prædicat, ne mysterium trinitatē excedat. Hæc in
 excursu dicta sint, aliās si deo placuerit, uberius tractanda,
 explicāda. Nunc ad propositum redeamus: Dicebamus ergo
 in superioribus, qđ in ecclesia dei tentatio esset populi error
 magistri, & tanto maior tēratio, quāto ipse esset doctior qui

erraret. Quod primū scripturæ autoritate, deinde ecclesiasticis docebamus exemplis, eorum, s. cōmemoratione, qui cum aliis
 Cum eccle quādiu sanæ fidei forēt habiti, ad extremum tñ aut in alienā
 siæ doctri decidissent sectā, aut ipsi suā heresim cōdidissent. Magna pro
 nā asseren sectō res, & ad discēdum utilis, & ad recolēdum necessaria,
 da. quam ēt atq; ēt exēplorū molibus illustrare atq; inculcare de
 bemus, ut oēs serē catholici nouerit se cum ecclesia doctores
 recipere, nō cum doctoribus ecclesiæ fidem deserere debere.
 Sed ego ita arbitror, q; cū multos in hoc tētandi genere pro
 ferre ualeamus, nemo penē sit, qui Origenis tentationi ualeat
 cōparari, in quo plura adeo præclara, adeo singularia, adeo
 mira extiterunt, ut inter iniria habendā cunctis adsertionibus
 eius fidē qui uis ille facile iudicaret. Nā si uita facit autoritātē
 magna illi industria, magna pudicitia, patientia, tolerantia. Si
 genus uel eruditio quid eo nobilius, qui primū in ea domo na
 tus est, q̄ est illustrata martyrio? Deinde pro Christo non solū
 patre, sed oī quoq; facultate priuatus, tantū inter sanctæ pau
 ptatis profecit angustias, ut pro noīe dñicæ cōfessiōis sepius,
 ut serunt, adfligeretur. Neq; uerō hæc in illo sola erant, q̄ cum
 etā postea tētationi forēt, sed tanta ēt uis ingenij tā profundū,
 tam acris, tam elegantis, ut oēs penē multū lōgēq; superaret
 tanta doctrinæ ac totius eruditionis magnificētia, ut pauca
 rēt diuinæ, penē fortasse nullæ humanæ philosophiæ, q̄ nō pe
 nitus adsequeretur cuius scientiæ. Cū Græci nō crederēt, He
 bræa quoq; elaborata sunt. Eloquentiā uerō quid memorem
 cuius fuit tā amœna, tam læta, tā dulcis oratio, ut mihi ex ore
 ipsius nō tam uerba, q̄ mella quædam fluxisse uideatur. Quæ
 nō ille persuasū difficilia disputādi uiribus elimpidauit. Quæ
 factu ardua nō ut facillima uiderētur effecit. Sed forsitā argu
 mentorū tantummodo nexibus adsertiones suas texuit. Imo

Origenis
 familia,
 eruditio.

planè nemo unquã magistrorũ fuit, qui pluribus diuinæ legis
 uteretur exẽplis. Sed credo pauca cõscripsit. Nemo mortaliũ
 plura, ut mihi sua oĩa nõ solum plegisse, sed ne inueniri quidẽ
 posse uideatur. Cui ne quicquã ad sciẽtiæ instrumẽta deesset,
 et plenitudo exabundauit ætatis. Sed forsitan discipulis parũ
 felix. Quis unquã felicior? Nẽpe innumeri ex sinu suo docto
 res, innumeri sacerdotes, cõfessores & martyres extiterũt. Iã
 uerò quanta apud oës illius admiratio, quanta gloria, quanta
 gratia fuerit, quis exequi ualeat? Quis nõ ad eũ paulò religio
 sior ex ultimis mundi patribus aduolauit? quis Christianorũ
 nõ penè ut prophetarũ? Quis philosophorũ nõ ut magistrum
 ueneratus est? Quã autem nõ solũ priuatæ cõditioni, sed ipsi Mannea
 quoq; fuerit reuerẽdus imperio, declarant historie q̃ eum à Origenem
 matre Alexandri imperatoris accitum ferunt, cœlestis utique ad se alle
 sapiẽtiæ merito, cuius & ille gratia & amore illa flagrabat. xit.
 Sed & eiusdẽ Epistolæ testimonium p̃hibent, quæ ad Philip
 pum imperatorẽ, qui primus Romanorũ principũ Christia
 nus fuit, Christiani magisterij autoritate cõscripsit, de cuius ï
 credibili quadã sciẽtia, si quis referẽtib; nobis Christianũ nõ
 accipit testimonium, saltẽ testificantibus philosophis gentile
 recipiat cõfessionẽ. Ait nanq; impius ille Porphyrius, excitũ
 se fama ipsius Alexandria puerum ferè prexisse, ibiq; eum ui
 disse iam senẽ, sed planè talẽ tantumq; qui arcẽ totius sciẽtiæ
 cõdidisset. Dies me citius defecerit, quã ea q̃ in illo uiro præ
 clara extiterũt, uel ex minima saltẽ parte p̃stringam, quæ ta
 men oĩa nõ solũ ad religionis gloriam, sed et ad tẽtationis ma
 gnitudinẽ p̃tinebant. Quotus n. quisq; tãti ingenij, tantæ do
 ctirine, tantæ gratiæ uirũ aut facile deponeret, ac nõ illa po. Hierony
 tius uteretur snã, se cũ Origene errare malle, quàm cũ alijs mi hæc fu
 uera sentire. Et quid plura? eò res decidit, ut tantæ p̃sonæ, tan. it uox.

ti doctoris. tanti prophetae, non humana aliqua, sed ut excius
 docuit, nimirum periculosa tentatio plurimos a fidei integritate
 deduceret. Quam ob rem hic idem Origenes tantus ac talis, dum
 gratia dei insolentius abutitur, dum ingenio suo nimirum indulget,
 sibique satis credit, cum parumpedit antiquam christiane religio-
 nis simplicitatem, dum se plus cunctis sapere praesumit, dum ecclesia-
 sticas traditiones et veterum magisteria contemnens, quaedam
 scripturarum capitula nouo more interpretatur, meruit ut de
 se quoque ecclesiae dei diceretur: Si surrexerit in medio tui pro-
 pheta. Et paulo post: non audies, inquit, uerba prophetae illius.
 Et iterum: Quia, inquit, tetat uos dominus deus uester, utrum illu-
 gatis eum an non. Verum non solum tentatio, sed et magna tentatio,
 deditam sibi atque in se pedentem ecclesiam admiratione ingenii,
 scientiae, eloquentiae, conuersationis et gratiae, nihil de se suspi-
 cantem, nihil se uerentem, subito a ueteri religione in nouam
 fanitatem sensim paulatimque traducere. Sed dicet aliquis, cor-
 ruptos esse Origenis libros. Non resisto, quin potius et malos
 libros cor- Nam id a quibusdam et traditum, et scriptum est, non catholi-
 ruptos. cis tantum, uerum etiam haereticis. Sed illud est quod nunc debemus
 aduertere, et si non ipsum, libros tamen sub nomine suo editos magne
 esse tentationi, qui multis blasphemiarum uulneribus scaten-
 tes, non ut alieni, sed quasi sui et leguntur et amantur: ut et si in
 errore concipiendo Origenis non fuit sensus, ad errorem tamen
 suadendum Origenis autoritas ualere uideatur. Sed et Tertul-
 liani quoque eadem ratio est: nam sicut ille apud Graecos, ita
 hic apud Latinos nostrorum omnium facile princeps iudicandus
 est. Quid enim hoc uiro doctius? Quid in diuinis atque humanis
 Tertullia- rebus exercitatus? Nepe omnem philosophiam, et cunctas phi-
 ni eruditio losophorum sectas, autores, adsertoresque sectarum, omnesque
 eorum disciplinas, omnem historiarum ac studiorum uarietatem

mira quoddam mentis capacitate complexus est: ingenio uero non
 ne tam graui ac uehementi excelluit, ut nihil sibi penè ad ex-
 pugnandum proposuerit, quod non aut acumine intruperit, aut po-
 dere eliserit? Iam porrò orationis suae laudes quis exequi uale-
 at? quae tanta, nescio qua rationum necessitate conferta est, ut ad
 consensum sui, quos suadere non potuerit, impellat: cuius quot
 pene uerba, tot sententiae sunt: quot sensus, tot uictoriae. Sciunt hoc
 Marciones, Apelles, Praxeae, Hermogenes, Iudaei, Gentiles,
 Gnostici, caeterique: quorum ille blasphemias multis ac magnis
 uoluminum suorum molibus, uelut quibusdam fulminibus euer-
 tit. Et tamen hic quoque post haec omnia, hic inquam Tertullianus ca-
 tholici dogmatis, id est uniuersalis ac uetustae fidei parum tenax,
 ac disertior multo quam felicitior, mutata deinceps sententia fecit ad
 extremum quod de eo beatus confessor Hilarius quodam loco
 scribit: Sequenti, inquit, errore detraxit scriptis probabilibus
 auctoritatem. Et fuit ipse quoque in Ecclesia magna tentatio. Sed
 de hoc nolo plura dicere. Hoc tantum commemorabo, quod contra Tertullianum
 Moysi praecipuum exurgentes in Ecclesia nouellas Motani nus motus
 furias, et insana illa insanarum mulierum nouitij dogmatis somni somnia
 ueras prophetias adseuerando, meruit ut de se quoque et probat.
 scripturis suis diceretur: si surrexerit in medio tui propheta.
 Et mox: Non audies uerba prophetae illius. Quare? Quia, in-
 quit, tentat uos dominus uester, utrum diligatis eum an non. His igitur
 tot ac tantis, caeterisque eiusmodi ecclesiasticorum ex-
 plo- rum molibus euidenter aduertere, et secundum Deuteronomij le-
 ges luce clarius intelligere debemus, quod si quando aliquis ecclesia-
 sticus magister a fide aberrauerit, ad tentationem id nostram
 fieri prouidentia diuina patiat, utrum diligamus Deum an non
 in toto corde, et in tota anima nostra. Quae cum ita sint, ille est
 uerus, et germanus, et catholicus, qui ueritatem Dei, qui eca-

germanus ^{cl}esiam, qui Christi corpus diligit, qui diuinae religioni, qui
 Christiana catholicae fidei nihil praeposit, non hominis cuiusquam auctori
 nus quis . tatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, non philosophiam:
 sed haec cuncta despiciens, et in fide fixus, stabilis permanens,
 quicquid uniuersaliter antiquitus ecclesiam catholicam tenuisse
 cognouerit, id solum sibi tenendum credendumque decernit. Quic-
 quid uero ab aliquo deinceps uno praeter omnes, uel contra omnes
 sanctos nouum et inauditum subiduci senserit, id non ad religio-
 nem, sed ad tetationem potius intelligat pertinere. Tum praeci-
 pue beati Apostoli Pauli eruditus eloquijs, hoc est. n. quod in
 prima ad Corinthios scribit: Oportet, inquit, et haereses esse,
 ut probati manifesti fiant in uobis, Ac si diceret: Ob hoc in-
 quit, haereses non statim diuinitus eradicantur auctores, ut pro-
 bati manifesti fiant. i. unusquisque quam tenax, et fidelis, et si-
 xus sit catholicae fidei sit amator appareat. Et reuera cum qua-
 que nouitas ebullit, statim cernitur frumentorum grauitas, et
 leuitas palmarum: tunc sine magno molimine excutitur ab area,
 quod nullo potest intra aream tenebatur: Namque alij illico
 prorsus auolant, alij uero tantummodo excussi, et perire me-
 tuunt, et redire erubescunt, saucij, semineces, ac semiuini: quod
 pe qui tantam ueneni hauserint quantitatem, quae nec occidat,
 nec digeratur: nec mori cogat, nec uiuere sinat. Heu miseran-
 da conditio, quantis illi curarum aestibus, quantis turbulentijs
 exagitantur: Nunc etenim qua uetus impulerit incitato erro-
 re rapiuntur: nunc in semetipsos reuersi tanquam contrarij su-
 ctus reliduntur: nunc temeraria praesumptione et ea qua in-
 certa uidentur, adprobant: nunc irrationali metu et qua cer-
 ta sint expauescunt, incerti quae eant, quae redeant, quid adpe-
 tant, quid fugiant, quid teneant, quid dimittant. Quae quidem
 dubij et malepeduli cordis afflictio diuina erga se miseratio

nis est medicina si sapiant. Idcirco etenim extra tutissimū ca-
 tholicæ fidei portum diuersis cogitationum, quatiuntur, uer-
 berantur, ac penè necantur procellis, ut excussa in aliū elatæ
 mētis uela deponant, quæ male nouitatū uentis expanderāt,
 seseq; intra fidissimam stationē placidæ ac bonæ matris redu-
 cant, & teneant: atq; amaros illos turbulentosq; errorū flu-
 ctus, primitus reuomāt, ut possint deinceps uiuæ & salientis
 aquæ fluētā potare. Deducāt bñ qd' didicerant nō bñ, & ex
 toto ecclesiæ dogmate qd' intellectu capi pōt, capiant: quod
 nō pōt, credant. Quæ cū ita sint, iterum atq; iterum eadē me-
 cum reuoluens & reputans, mirari satis nequeo tantam quo-
 rundam hominū uasaniā, tantam excæcatæ mentis impieta-
 tem, tantam postremo errandi libidinē, ut cōtenti nō sint, tra-
 dita & recepta semel antiquitus credēdi regula, sed noua ac
 noua in diē quærant, semp̄que aliquid gestiant religioni ad-
 dere, mutare, detrabere: Quasi nō cœlestē dogma sit, quod se-
 mel reuelatum esse sufficiat, sed terrena institutio, quæ aliter
 p̄fici nisi assidua emendatione, imò potius reprehensione nō
 posset: cū diuina clamēt oracula. Ne trāsferas terminos quos
 posuerunt patres tui. Et: Sup̄ iudicantē ne iudices, & scindē-
 tem sepem mordebit eum serpens. Et illud Apostolicum, quo
 oēs oīum hærēsē sceleratæ nouitates, uelut quodam spiritali
 gladio sepe trūcatæ semp̄que truncadæ sunt: O Timothee
 depositum custodi, deuitans profanas uocū nouitates, & op-
 positiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes
 circa fidem exciderunt. Et post hæc inueniuntur aliqui tanta
 inueteratæ frōtis duritia, tanta impudētia incude, tā adaman-
 tine ptinaciæ, qui tantis eloquiorum cœlestium molibus non
 seccūbant, tantis pōderibus nō satiscant, tantis malleis nō cō-
 quassentur, tantis postremo fulminibus nō cōterantur. Deu-

ta, inquit, profanas uocum nouitates: Nō dixit antiquitates, non dixit uetustates, imò planè quid econtrario sequetur ostendit: Nam si uitanda est nouitas, tenenda est antiquitas, et si profana est nouitas, sacrata est uetustas. Et oppositum inquit, falsi nominis scientiæ. Verè falsum nomen apud doctrinas hereticorum, ut ignorãtia scientiæ, & caligo serentatis, & tenebræ luminis appellatione succentur. Quã quidam, inquit, promittentes circa fidem exciderunt. Quid promittentes exciderunt? Nisi nouam nescio quam ignoratamq; doctrinã. Audias etenim quosdam ipsorum dicere: Venite ò insipientes & miseri, qui uulgò catholici uocitami, & discite fidem, quam quam præter nos nullus intelligit, quæ multis ante seculis latuit, nuper uerò reuelata & ostensa est, sed discite furtim atque secretim, delectabit enim uos. Et item: Cum didiceritis latenter, docete, ne mundus audiat, nec ecclesia sciat: pauca nanque concessum est tanti mysterij capere secretum. Nōne hæc uerba sunt illius meretricis, quæ apud Salomonis Proa uerba uocat ad se prætereũtes uiam, qui dirigunt iter suum. Qui est, inquit, uestrum insipientissimus diuertat ad me. Inopes autem sensu exhortatur, dicens: Panes occultos libenter attingite, et aquam dulcẽ furtim bibite. Quid deinde? At ille, inquit, nescit quō terrigenæ apud eam pereant. Qui sunt ipsi terrigenæ? Exponat Apostolus. Qui circa fidẽ, inquit, exciderunt. Sed operæ pretiũ est totũ ipsum Apostoli capitulũ diligentius tractare: o Timothee, inquit, depositũ custodi, deus tãtas profanas uocũ nouitates. O, exclamatio ista et præsciẽtia est pariter & charitatis: Præuidebat, n. futuros, quos et prædolebat errores. Quis est hodie Timotheus? Nisi uel generaliter uniuersa ecclesia, uel specialiter totũ corpus Præpositorũ, qui integrã diuini cultus scientiã uel habere ipsi debent, uel

Declara-
tur locus
Pauli ad
Timoth.
1. Tim. 6

uel alijs infundere. Quid est depositum custodi? Custodi, inquit, propter fures, propter inimicos, ne dormientibus hominibus superseminent zizania, super illud tritici bonum semen, quod seminauerat filius hominis in agro suo. Depositum, inquit, custodi. Quid est depositum? Id est, quod tibi creditum est, non quod à te inuentum: quod accepisti, non quod excogitasti: rem non ingenij, sed doctrine: non usurpationis priuatæ, sed publicæ traditionis: rem ad te perditam, non à te prolata: in qua non autor debes esse, sed custos, non institutor, sed sectator: non ducens, sed sequens. Depositum, inquit, custodi catholicæ fidei talentum, inuiolatum, illibatumq; conserua. Quod tibi creditum est, hoc pecuniq; traditum te maneat, hoc à te tradatur. Aurum accepisti, aurum redde: nolo mihi pro alijs alia subijcias, nolo pro auro aut impudenter plumbum, aut fraudulentè æramenta supponas: nolo auri speciem, sed naturam planè. O Timothee, ô sacerdos, ô tractator, ô doctor, si te diuinum munus idoneum fecerit, ingenio, exercitatione, doctrina esto spiritualis tabernaculi Bezalehel, pretiosas diuini dogmatis gemmas exculpe, fideliter coapta, adorna sapienter, adijce splendorem, gratiam, uenustatem. Intelligatur te exponente illustrius, quod antea obscurius credebatur. Per te posteritas intellectum gratuletur, quod ante uetustas non intellectum uenerabatur: eadem tamen que didicisti doce, ut cum dicas nouè, non dicas noua. Sed forsitan dicit aliquis: Nullus, ne ergo in ecclesia Christi profectus da. habebitur religionis? Habeatur planè & maximus: Nā quis ille est tā inuidus hominibus, tam exosus Deo, qui istud prohibere conetur? Sed ita tamen, ut uerè profectus sit ille fidei, non permutatio: siquidem ad profectum pertinet, ut in semet ipsa una quæque res amplificetur: Ad permutationem uerò,

ut aliquid ex alio in aliud trāsuertatur. Crescat igitur oportet, & multum uehementēque proficiat tam singulorum, quā omnium: tam unius hominis, quā totius ecclesie etatum ac seculorum gradibus intelligentia, scientia, sapientia: sed in suo duntaxat genere, in eodem scilicet dogmate, eodem sensu, eadēque sententia: Imitetur animarum religionem corporum, quæ licet annorum processu numeros suos euoluant, & explicent, eadem tamen quæ erant permanent. Multum interest inter pueritiæ florem, & senectutis maturitatem: sed iidem ipsi fiunt senes, qui fuerant adulescentes: ut quamuis unius eiusdēque hominis status habitusque mutetur, una tamen nihilominus eadēque natura, una eadēque persona sit. Parua Patientium membra, magna iuuenum eadem ipsa sunt, tamen quot paruulorum artus, tot uirorum: & si qua illa sunt, quæ æui maturioris ætate pariuntur, iam in seminis ratione proferta sunt, ut nihil nouum postea profertur in semibus, quod non in pueris iam antè latitauerit. Vnde non dubium est hanc esse legitimam & rectam proficiendi regulam, hunc ratum atque pulcherrimum crescenti ordinem, si eas semper in grandioribus partes ac formas numerus detexit ætatis, quas in paruulis creatoris sapientia præformauerat. Quòd si humana species in aliquam deinceps nō sui generis uertatur effigiem, aut certè addatur quippiam membrorum numero, uel detrahatur, necesse est ut totum corpus uel intercidat, uel prodigiosum fiat, uel certè debilitetur. Ita etiam Christianæ religionis dogma, sequatur has decet profectuum leges, ut annis scilicet consolidetur, dilatetur tempore, sublimetur ætate, incorruptum tamen illibatumque permaneat. Et uniuersis partium suarum mensuris, cum ætis quasi membris ac sensibus proprijs plenum atque perfectum

fit, quod nihil præterea permutationis admittat, nulla proprietatis dispendia, nullam definitionis sustineat uarietatem. Exempli gratia: Seuerunt maiores nostri antiquitus in hac ecclesiastica segete triticeæ fidei semina, iniquum ualde & incongruum est, ut nos eorum posterius pro germana ueritate frumenti subdititium zizaniæ eligamus errorem. Quin potius hoc rectum & consequens est, ut in primis atque extremis sibi met non discrepantibus, de incrementis triticeæ institutionis, trincei quoque dogmatis frugem demetamus: ut cum aliquid ex illis seminum primordiis accessu temporis euoluatur, & nunc letetur & excolatur: nihil tamen de germinis proprietate mutetur, addatur licet species, forma, distinctio, eadem tamen cuiusque generis natura permaneat. Absit etenim, ut rosea illa catholici sensus plantaria in carduos spinasque uertantur. Absit, inquam, ut in isto spiritali paradiso, de cynamomoni, & balsami furculis, lolium repente, atque aconita proueniant. Quodcumque igitur in hac ecclesia Dei agricultura fide patrum satum est, hoc idem filiorum industria decet excolatur, & obseruetur, hoc idem flore ætate maturet, hoc idem proficiat, & perficiatur. Fas est etenim ut præ se illa cœlestis philosophiæ dogmata processu temporis excurentur, limentur, poliantur. Sed nefas est ut commutentur, nefas ut detruncentur, ut mutilentur. Accipiant licet euiden-
tiam, lucem, distinctionem, sed retineant necesse est plenitudinem, integritatem, proprietatem: Nam si semel admissa fuerit hæc impiæ fraudis licentia, horreo dicere quantum excindenda, atque abolenda religionis periculum consequatur: Abdicata etenim qualibet parte catholici dogmatis, alia quoque atque item alia, ac deinceps alia & alia iam quasi ex more & licito abdicabuntur. Porro autem singulatim partibus

repudiatis. quid aliud ad extremum sequetur, nisi ut totum
 pariter repudiatur? Sed & econtra, si nouitia ueteribus, exa-
 tranea domesticis, et prophana sacratis admisceri coeperint,
 proserpat hic mos in uniuersum necesse est, ut nihil post hoc
 apud ecclesiam relinquatur intactum, nihil illibatum, nihil in-
 tegrum, nihil immaculatum, sed sit ibidem deinceps impio-
 rum ac turpium errorum lupanar, ubi erat antea castæ et in-
 Ecclesiæ corruptæ sacrarium ueritatis. Sed auertat hoc à suorum men-
 officium. tibus nefas diuina pietas, sitq; hic potius impiorum suor.
 Christi uerò ecclesia sedula & cauta depositorum apud se
 dogmatum custos. Nihil in his unquam permutat, nihil mi-
 nuit, nihil addit, non amputat necessaria, non adponit super-
 flua, non amittit sua, non usurpat aliena, sed omni industria
 hoc unum studet, ut uetera fideliter sapienterque tractando,
 si qua illa sunt antiquitas informata, & inchoata accuret, &
 poliat: si qua iam expressa & enucleata, consolidet, firmet: si
 qua iam confirmata & definita, custodiat. Denique quid un-
 quam aliud conciliorum decretis enisa est, nisi ut quod antea
 simpliciter credebatur, hoc idem postea diligentius crederetur?
 quod antea lentius prædicabatur, hoc idem postea instan-
 tius prædicaretur: quod antea securius colebatur, hoc idem
 postea sollicitius excoleretur. Hoc, inquam, semper, neque quic-
 quam præterea, hæreticorum nouitatibus excitata concilio-
 rum suorum decretis catholica perfecit ecclesia, nisi ut quod
 prius à maioribus sola traditione susceperat, hoc deinde po-
 steris etiam per scripturæ chirographum cõsignaret: magnâ
 rerum summam paucis literis comprehendendo, et plerumq;
 propter intelligentiæ lucem, non nouum fidei sensum nouæ
 appellationis proprietate signando. Sed ad Apostolum redeo
 . Timo. 6 mus: O Timothee, inquit, depositum custodi, deuittans propu-

has uocum nouitates. Deuita, inquit, quasi uiperã, quasi scor-
pionem, quasi basiliscum, ne te non solum tactu, sed etiam uis-
su afflatuq; pcutiant. Quid est deuitare? Cum huiusmodi nec-
cibum sumere. Quid est deuita? Siquis, inquit, uenit ad uos,
& hanc doctrinam non adfert. Quam doctrinam, nisi catho-
licam, & uniuersalem? & unam eandemque per singulas æta-
tum successiones incorrupta ueritatis traditione manentem,
et usque in secula sine fine mansuram? Quid tum? Nolite, in-
quit, recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis: qui enim
dicit illi aue, communicat operibus eius malignis.

Prophanas, inquit, uocum nouitates. Quid est prophanas? Propha-
næ nihil habent sacri, nihil religiosi, ab ecclesiæ penetra-
libus, quæ est templū Dei, penitus extraneas: Prophanas, in-
quit, uocum nouitates: Vocum, id est, dogmatum, rerum, sen-
tentiæ nouitates, quæ sunt uetustati, quæ antiquitati con-
trariæ. Quæ si recipiantur, necesse est ut fides beatorum pa-
trū, aut tota, aut certè magna ex parte uiolentur: Necesse est
ut omnes omnium ætatum fideles, omnes sancti, omnes casti,
continentes uirgines, omnes clerici, leuitæ & sacerdotes, tan-
ta confessorum millia, tanti martyrum exercitus, tanta ur-
bium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot insulæ,
prouinciæ, reges, gentes, regna, nationes, totus postremo
iam penè terrarum orbis, per catholicam fidem Christo ca-
piti incorporatus, tanto seculorum tractu ignorasse, errasse,
blasphemasse, nescisse quid crederet, pronuncietur: Propha-
nas, inquit, uocum nouitates deuita. Quas recipere atque se-
ctari nūquam catholicorum, semper uerò hæreticorum fuit.
Et reuera, quæ unquam hæresis, nisi sub certo nomine, cer-
to loco, certo tempore ebulliuit? Quis unquam hæreses insti-
tuit, nisi qui se prius ab ecclesiæ catholicæ uniuersitatis et an-

tiquitatis consensione discreuerit? Quod ita esse luce clarius exempla demonstrant.

- Pelagius** Quis enim unquam ante prophanum illum Pelagium tantam uirtutem liberi præsumpsit arbitrij, ut ad hoc in bonis rebus per actus singulos ad iuuandum necessariam Dei gratiam non putaret? Quis ante prodigiosum discipulum eius
- Celestius** Celestium, reatu præuaricationis Adæ omne humanum genus denegauit adstrictum? Quis ante sacrilegum Arium, trinitatis unitatem discindere? quis ante sceleratum Sabellium, unitatis trinitatem confundere ausus est? Quis ante crudelissimum Nouatianum, crudelem Deum dixit, eò quòd multam mortem morientis, quàm ut reuertatur & uiuat? Quis ante magum Simonem, Apostolica districtione percussum, quo uetus ille turpitudinum gurgis usque in nouissimum Priscillianum continua & occulta successione manauit, autonas, rem malorum, id est, scelerum, impietatum, flagitiorumque nostrorum ausus est dicere creatorem Deum? Quippe quem adferit talem hominum manibus ipsum suis creare naturam, quæ proprio quodam motu, & necessaria cuiusdam uoluntatis impulsu nihil aliud possit, nihil aliud uelit nisi peccare, eò quòd furijs uitiorum omnium exagitata & inflammata, in omnia turpitudinum barathra inexhausta cupiditate rapiatur. Innumera sunt talia, quæ breuitatis studio præmittimus, quibus tamen cunctis satis euidenter perspicue monstratur, hoc apud omnes ferè hæreses quasi solenne esse ac legitimum, ut semper prophanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis scita fastidiant, & per oppositiones falsi nominis scientiæ à fide naufragent. Cõtrà uerò catholicorum hoc ferè proprium, deposita sanctorum patrum & commissa seruare, damnare prophanas nouitates, et sicut dixit, acque itea

rum prædixit Apostolus : Siquis adnuntiauerit præterquam
quod acceptum, est anathemate.

Hic fortasse aliquis interroget, an & hæretici diuina scri- Quo pa=
pturæ testimonijs utantur . Utuntur planè & uehementer Et hæreti
quidem , nam uideas eos uolare per singula quæque sanctæ ci scriptu=
legis uolumina, per Moysi, per Regnorum libros, per Psal- ris utatur.
mos, per Apostolos, per Euāgelia, per Prophetas. Siue enim
apud suos, siue alienos, siue priuatim, siue publicè: siue in ser
monibus, siue in libris, siue in conuiujs, siue in plateis, nihil
unquam penè de suo proferūt, quod non etiam scripturæ uer
bis adumbrare conentur . Lege Pauli Samosatani opuscula,
Priscilliani, Eunomij, Iouiniani, relinquanturque pestium,
cernas infinitam exemplorum cōgeriem, propè nullam omit
ti paginam, quæ non noui aut ueteris testamenti sententijs si
cata & colorata sit : Sed tantò magis cauendi & pertime=
scendi sunt, quantò occultius sub diuinæ legis umbraculis la
titant . Sciunt enim fœtores suos nulli ferè citò esse placitu=
ros, si nudi & simplices exhalentur, atque idcirco eos coele=
stis eloquij, uelut quodam aromate aspergunt, ut ille qui hu=
manum facile despiceret errorem, diuina non facile contem=
nat oracula . Itaque faciunt quod hi solent, qui paruulis au=
stera quædam temperaturi pocula, prius ora melle circumli=
nuant, ut incauta ætas cum dulcedinem præfenserit, amaritudi
nem non reformidet . Quod etiam his curæ est, qui mala Rectè er
gramina & noxios succos medicaminum uocabulis præcolo go dictum
rant, ut nemo ferè ubi superscriptum legerit remedium, suspi ē pyxides
cetur uenenum . Idem denique & Saluator clamabat: Atten- hère phar
dite uobis à Pseudopphetis , qui ueniunt ad uos in uestitu maca, phar
ouium , ab intus autem sunt lupi rapaces . Quid est uestitus maca uerò
ouium: nisi prophetarum & Apostolorum proloquia , quæ uenena.

ijdem ouili quadam synceritate agno illi immaculato, qui tol-
lit peccatum mundi, tanquã uellera quædam texuerunt? Qui
sunt lupi rapaces, nisi sensus hæreticorum feri & rabidi qui
caulas ecclesiæ semp infestant, et gregem Christi quauis pos-
sunt dilacerant. Sed ut fallacius incautis ouibus obrepant, ma-
nente luporũ ferocia deponunt lupinam speciem, & sese diu-
inæ legis sententijs, uelut quibusdam uelleribus obuoluunt, ut
cum quisq; lanarum molliciem præsenferit, nequaquam acu-
leos dētium pertimescat. Sed quid ait Saluator? Ex fructibus

Ex fructibus cogno- scere eorum cognoscetis eos. Id est, cum cœperint diuinas illas no-
ces non iam proferre tantum, sed etiam exponere, nec adu-
ciactare solum, sed etiam interpretari: tunc amaritudo illa, tunc
acerbitas, tunc rabies intelligitur, tunc nouitium uirus exha-
labitur, tunc prophane nouitates aperiuntur, tunc primũ scin-
di sepem uideas, tunc transferri patrum terminos, tunc catho-
licam fidem cædi, tunc ecclesiasticum dogma lacerari. Tales
erant hi, quos percutit apostolus Paulus in secũda ad Corin.
2. Cor. 11. dicens: Nam eiusmodi, inquit, pseudoapostoli, operarij subdo-
li, trãfigurant se in apostolos Christi. Quid est transfigurantes
se in apostolos Christi? Proferebant apostoli diuine legis
exempla, proferebant & illi: Proferebãt Apostoli Psalmorũ
authoritates, proferebant & illi: proferebant Apostoli scri-
pturarum, et illi nihilominus pferebãt. Sed cũ ea que simi-
liter ptulerant, interpretari non similiter cœpissent, tunc sim-
plices à subdolis, tunc infucati à fucatis, tunc recti à pueris,
tunc postremo ueri apostoli à falsis apostolis discernebantur.
Et non mirũ inquit, ipse. n. satanas trãfiguratur se in angelum
lucis. Nõ est ergo magnũ, si ministri eius transfigurantur si-
cut ministri iustitiæ: ergo secũdum apostoli Pauli magisteriũ,
quotiescunque uel pseudoapostoli, uel pseudoprophete, uel

pseudo doctores diuinæ legis sententias proferunt, quibus ma-
 le interpretatis errores suos adstruere conentur, nō dubium
 est, quin autoris sui callida machinamenta sectentur: quæ ille
 nunquam profecto commisceretur, nisi sciret omnino nullam
 esse ad fallendum faciliorem uiam, quàm ut ubi nefarij erro- *Fallēdi uia*
 ris subinducitur fraudulentia, ibi diuinorum uerborum præ- *facillima.*
 tendatur autoritas. Sed dicet aliquis. Vnde probatur quod sa-
 cræ legis exemplis diabolus uti soleat? Legat Euangelia, in
 quibus scribitur: Tunc adsumpsit illum diabolus, id est, domi-
 num saluatorem: & statuit illum supra pinnam templi, & di- *Mat. 4*
 xit ei, Si filius dei es, mitte te deorsum, scriptum est enim: qd'
 angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uijs
 tuis: In manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pe-
 dem tuum. Quid hic faciet misellis hominibus, qui ipsum do-
 minum maiestatis scripturarum testimonijs adpetiuit? Si in-
 quit, filius dei es, mitte te deorsum. Quare scriptum est enim
 inquit? Magnopere nobis doctrina loci istius attendenda atq;
 retinenda est, ut tanto euangelicæ autoritatis exemplo, quan-
 do aliquos apostolica, seu prophetica uerba proferre contra
 catholicam fidem uiderimus, diabolum per eos loqui minime
 dubitemus: Nam sicut tunc caput capiti, ita nunc quoque mē-
 bra membris loquuntur: membra scilicet diaboli membris
 Christi: perfidi, fidelibus, sacrilegi, religiosis, hæretici po-
 ssumo catholicis. Sed quid tandem dicit? Si inquit, filius dei
 es, mitte te deorsum. Hoc est, filius esse uis dei, & hæredita-
 tem regni cœlestis accipere, mitte te deorsum, id est, ex istius
 te sublimis ecclesiæ, quæ etiam templum dei putatur, doctri-
 na & traditione demitte. Ac si quis interroget quempiam hæ-
 reticorum sibi talia persuadentem, unde probas: unde doces,

quod ecclesie catholice uniuersalem & antiquam fidem di-
mittere debeam? Statim ille: Scriptum est enim. Et continuo
mille testimonia, mille exempla, mille autoritates parat, de
Lege, de Psalmis, de Apostolis, de Prophetis, quibus nouo
& malo more interpretatis ex arce catholica in hereseos ba-
rathrum infelix anima precipitetur.

Iam uero illis que sequuntur promissionibus miro modo
incautos homines heretici decipere consuerunt: Audent ete-
nim polliceri, & docere, quod ecclesia sua, id est, in commu-
nionis sue conuenticulo magna & specialis ac plane perso-
nalis quedam sit dei gratia, adeo ut sine ullo labore, sine ullo
studio, sine ulla industria, etiamsi nec petant, nec querant, nec
pulsent, quicumque illi ad numerum suum pertinent: tamen
Offendere diuinitus dispensentur, ut angelicis euecti manibus, id est, a
pede ad la gelica protectione seruati, nunquam possint offendere ad lapi-
pidem. dem pedem suum, id est, nunquam scandalizari.

Sed dicit aliquis, si diuinis eloquijs, sententijs, promissio-
nibus, & diabolus et discipuli eius utuntur, quorum alij sunt
pseudo apostoli, alij pseudo prophetae, et pseudomagistri &
omnes ex toto heretici, quid facient catholici homines, &
matris ecclesie filij: quonam modo in scripturis sanctis uerita-
tatem a falsitate discernent? Hoc scilicet facere magnopere cu-
rabunt, quod in principio Commonitorij istius sancti &
doctos uiros tradidisse nobis scripsimus, ut diuinum canone
secundum uniuersalis ecclesie traditiones, & iuxta catholici
dogmatis regulas interpretentur, in qua item catholice apo-
stoliceq; ecclesie sequantur necesse est uniuersitatem, antiqui-
tatem, consensionem. Et si quando pars contra uniuersitatem,
nouitas contra uetustatem, unius uel paucorum errantium di-

sensio contra omnium uel certe multo plurimum catholicorum
 consensionem rebellauerit, præfer potiores, corruptioni uni-
 uersitatis integritatem: in qua eadem uniuersitate nouitatis
 profanitati, antiquitatis religionem: Itemq; in ipsa uetustate
 unius siue paucissimorum temeritati primum omnium gene-
 ralia sunt, si qua sunt uniuersalis Concilij decreta præponat,
 tunc deinde si id minus est, sequantur quod proximum est,
 multorum atq; magnorum consentientes sibi sententias magi-
 strorum, quibus adiuuante domino fideliter, sobrie, solícite
 obseruatis, non magna difficultate noxios quosque exurgen-
 tium hereticorum deprehendemus errores. Hic iam conse-
 quens esse uideo, ut exemplis demōstrem, quonam modo pro-
 fanæ hereticorum nouitates, prolatis atque collatis ueterum ses-
 magistrorum concordantibus sibimet sententijs, & deprehē-
 dantur & condemnentur, quæ tamen antiqua sanctorum pa-
 trum consensio, non in omnibus diuinæ legis quæstiunculis,
 sed solum certe præcipue in fidei regula magno nobis studio
 & inuestiganda est, & sequenda. Sed neque semper, neque
 omnes hæreses hoc modo impugnandæ sunt, sed nouitiæ recē-
 tesq; tantummodo, cum primum scilicet exoriuntur, antequã
 infalsarint uetustæ fidei regulas, ipsius temporis uetentur an-
 gustijs, ac priusquam manante latius ueneno maiorum uolu-
 mina uitiare conentur: Cæterum dilatatæ & inueteratæ hæ-
 reses nequaquam hac uia adgrediendæ sunt, eò quod prolixo
 temporum tractu longa his furandæ ueritatis patuerit occa-
 sio. Atque ideo quasunque illas antiquiores, uel schismatum
 uel hereseon profanitatis, nullo modo nos oportet, nisi aut
 sola, si opus est, scripturarum autoritate conuincere, aut cer-
 te iam antiquitus uniuersalibus sacerdotum catholicorū Con-

cilijs conuictas damnatasq; uitare.

Itaq; cum primum mali cuiusque erroris putredo erumpere cœperit, & ad defensionem sui quædam sacræ leges uerba furari, eaque fallaciter & fraudulenter exponere, statim interpretando canoni maiorum sententiæ congregandæ sunt, quibus illud quodcunque exurget nouitium, ideoque profanum, & absque ulla ambage prodatur, & sine ulla retractione damnetur. Sed eorum duntaxat patrum sententiæ conspiciendæ sunt, qui in fide & communione catholica sanctè, sapienter, constanter uiuentes, docentes & permanentes, uel mori in Christo fideliter, uel occidi pro Christo feliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum est, ut quicquid uel omnes uel plures uno eodemq; sensu manifeste, frequenter, perseueranter, uelut quodam consentiente sibi magistro rum Concilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certo ratòque habeatur: Quicquid uero, quæuis ille sanctus & doctus, quanuis Episcopus, quanuis Confessor & martyr, præter omnes, aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias & occultas & priuatas opiniunculas à communis & publicæ, generalis sententiæ autoritate secretum sit, nec cum summo æternæ salutis periculo, iuxta sacræ legem hæreticorum & schismaticorum consuetudinem uersalis dogmatis antiqua ueritate dimissa, unius hominuitium sectemur errorem: quorum beatorum patrum sanctum catholicumque consensum, nequis sibi temere contentendum forte arbitretur, ait in prima ad Corinthios Apostolus: Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia, primum Apostolos: Quorum ipse unus erat: Secundo Prophetas: qualem in Actibus Apostolorum legimus Agabum: Tertio doctores.

Tractato = stolos. Quorum ipse unus erat: Secundo Prophetas: qualem in Actibus Apostolorum legimus Agabum: Tertio doctores.

res, qui tractatores nunc appellantur, quos hic idem Apostolus etiam Prophetas interdum nuncupat, eò quod per eos Prophetarum mysteria populis aperiuntur. Hos ergo in ecclesia dei diuinitus per tempora & loca dispensatos, quisquis in sensu catholici dogmatis unum aliquid in Christo sentientes contempserit, non hominem contemnit, sed deum, à quorum ueridica unitate nequis discrepet, impensius obtestatur idem Apostolus dicens: Obsecro autem uos Fratres, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Quod si quis ab eorum sententiæ communionem descuerit, audiet illud eiusdem Apostoli: Nō est Deus dissensionis, sed pacis. Id est, non eius, qui à consentiendi unitate defecerit, sed eorum qui in consentiendi pace permanserint: Sicut in omnibus inquit, ecclesiis sanctorum doceo, id est, catholicorum, quæ ideo sanctæ sunt, quia in fidei communionem persistunt.

Et ne quis forsitan prætermisissis cæteris, se solum audiri, sibi soli credi arrogaret, paulò post ait: An à uobis inquit, uerbum dei processit, aut in uos solos deuenit? Et ne hoc quasi perfunctorie acciperetur, adiecit: Siquis, inquit, uideatur Propheta esse aut spiritalis, cognoscat quæ scribo uobis, quia domini sunt mandata, quæ utique mandata, nisi, ut si quis est Propheta, aut spiritalis, id est, spiritalium rerum magister, summo studio æqualitatis & unitatis cultor existat, ut scilicet neque opiniones suas cæteris præferat, & ab uniuersorum sensibus non recedat: Cuius rei mandata qui ignorat, inquit, ignorabitur, id est, qui aut nescita non discit, aut scita contemnit, ignorabitur, hoc est, indignus habebitur qui inter unitos fide,

et ex aequo humilitate diuinitus respiciatur: quo malo nescio an quicquam acerbius cogitari queat.

Iulianus. Quod tamen iuxta Apostolicam comminationem Pelagiano illi prouenisse cernimus Iuliano, qui se collegarum ferri sui aut incorporare neglexit, aut excorporare praesumpsit. **Pelagiãus** Sed iam tempus est ut pollicitum proferamus exemplum, ubi, et quomodo sanctorum patrum sententiae congregatae sint, ut secundum eas ex decreto atque autoritate concilij, ecclesiasticae fidei regula figeretur. Quod quo commodius fiat hic sit iam huius Commonitorij modus, ut caetera quae sequuntur ab alio sumamus exordio. Secundum Commonitorium interlapsum est, neque ex eo amplius quicquam, quam postrema particula remansit, id est, sola recapitulatio, quae et subiecta est. Quae cum ita sint, iam tempus est ut ea quae duobus his Commonitorijs dicta sunt, in huius secundi fine recapitulemus.

Diximus in superioribus hanc fuisse semper et esse hodieque catholicorum consuetudinem, ut fidem ueram duobus his modis adprobent. Primum diuini canonis autoritate: deinde ecclesiae catholicae traditione: non quia canon solus non sibi ad uniuersa sufficiat, sed quia uerba diuina pro suo plerique arbitrato interpretantes, uarias opiniones errorisque concipiant. Atque ideo necesse sit, ut ad unam ecclesiasticae sensus regulam scripturae caelestis intelligentia dirigatur: in his duntaxat praecipue questionibus, quibus totius catholici dogmatis fundamenta nituntur. Item diximus, in ipsa uisus ecclesiae uniuersitatis pariter et antiquitatis consensione spectari oportere, ne aut ab unitatis integritate in parte scilicet matris abrumparamur, aut e uetustatis religione in haeresem no-

uitates præcipitemur. Item diximus, in ipsa ecclesiæ uetustate duo quædam uehementer studiosèque obseruanda, quibus penitus inherere deberent quicumque hæretici esse nolint: primum siquid esset antiquitas ab omnibus ecclesiæ catholice sacerdotibus uniuersalis Concilij autoritate decretum.

Deinde si qua noua exurgeret quæstio, ubi id minime reperiretur, recurrendum ad sanctorum patrum sententias, eorum duntaxat, qui suis quique temporibus & locis in unitate communionis & fidei permanentes, magistri probabiles extitissent. Et quicquid uno sensu atque consensu tenuisse inuenirentur, id ecclesiæ uerum, & catholicum absque ullo scrupulo iudicaretur. Quod ne præsumptione magis nostra quàm auctoritate ecclesiastica promere uideremur, exemplum adhibuimus sancti Concilij, quod ante triennium fermè in Asia apud Ephesum celebratum est, uiris clarissimis Basso Antiochique Consulibus. Vbi cum de sanciendo fidei regulis disceptaretur, nequa illic forsitan profana nouitas in modum perfidiæ Ariminensis obreperet, uniuersis sacerdotibus, qui illò ducenti ferè numero conuenerant, hoc catholicissimum, fidelissimum atque optimum factu uisum est, ut in medium sanctorum patrum sententiæ proferrètur, quorum alios martyres, alios Confessores, omnes uero catholicos sacerdotes fuisse, & permansisse constaret: ut scilicet rite atque solenniter ex eorum consensu atque decreto antiqui dogmatis religio confirmaretur, & profanæ nouitatis blasphemia condemnaretur. Quod cum ita factum foret, iure meritoque impius ille Nestorius, catholice uetustati contrarius, beatus uero Cyrillus sacrosanctæ antiquitati consentaneus iudicatus est. Et ut ad fidem rerum nihil deesset, etiam nomina & nu-

Cōcilium
Ephesinū.

VINCEN. LIRI. GALLI

merum, licet ordinem fuiffemus obliti, edidimus eorum per-
 trum, iuxta quorum ordinem ibidem concinentem sibi con-
 cordemque sententiam, & legis sacræ proloquia expofita
 sunt, & diuini dogmatis regula constabilita est: Quæ et cõ
 firmandam memoriam hic quoque recensere nequaquam su-
 perfluum est. Sunt ergo hi uiri, quorum in illo Concilio, ut
 tanquam iudicum, uel tanquam testium scripta recitata sunt.

- Petrus Ale-** Sanctus Petrus Alexandrinus Episcopus, doctor præstanti-
xandrinus simus & martyr beatissimus: Sanctus Athanasius eiusdem ci-
Athana- uitatis antistes, magister fidelissimus & confessor eminentissi-
sus. mus: Sanctus Theophilus eiusdem item urbis Episcopus, per
Theophi- fide, uita, scientia satis clarus: cui successit uenerandus
lus. lus, qui nunc Alexandrinam illustrat ecclesiam. Et ne
Cyrellus. tan unius ciuitatis ac prouinciæ doctrinæ hæc putaretur ab-
Gregorius hibita, sunt etiam illa Cappadociæ lumina, sanctus Grego-
 rius Episcopus & confessor, de Nazando, uel Nazanzo:
Basilus Sanctus Basilius Cesareæ Cappadociæ Episcopus & Con-
Cæsariensis fessor: Sanctus item alter Gregorius Nyfenus Episcopus, si-
 dei, conuersationis, integritatis & sapientiæ merito frat-
 Basilio dignissimus. Sed ne sola gratia aut oriens tantum, ue-
 rum etiam occidentalis & latinus orbis ita semper sensisse
 se adprobaretur, lectæ sunt quoque ibi quedam ad quosda-
Felix. dam Epistole, sancti Felicis martyris, & S. Iulij urbis
Iulius. Romæ Episcoporum. Et ut non solum caput orbis, ue-
 rum etiam latera illi iudicio testimonium perhiberent, ad-
Cyprianus hibitus est à meridie, beatissimus Cyprianus Episcopus
Ambro- Carthaginensis & martyr. A septentrione sanctus Am-
sus. brosius Mediolanensis Episcopus. Hi sunt igitur om-
 nes apud Ephesum sacro decalogi numero magistri,
 consiliarij

consiliarij, testes iudicesque producti, quorum beata illa Synodus doctrinam tenens, consilium sequens, credens testimonio, obediens iudicio, absque tædio, præsumptione, & gratia de fidei regulis pronunciauit. Quanquam multo amplior maiorum numerus adhiberi potuerit, sed necesse non fuit: quia neque multitudine testium negotij tempora occupari oportebat, & decem illos non aliud serè sensisse, quàm cæteros omnes collegas suos nemo dubitabat.

Post quæ omnia adiecimus etiam beatam Cyrilli sententiam, quæ gestis ipsis ecclesiasticis continetur: Nanque cum lecta esset sancti Capreoli episcopi Carthaginensis epistola, Capreolus qui nihil aliud intendebat, & precabatur, nisi ut expugnata nouitate, antiquitas defenderetur, ita episcopus Cyrillus prolocutus est, & definiuit: quod hic quoque interponere non debet reuidetur: ait enim in fine gestorum: Et hæc, inquit, quæ lecta est epistola, uenerandi & multi religiosi episcopi Carthaginensis Capreoli fidei gestorum inseretur, cuius aperta sententia est: uult enim antiquæ fidei dogmata confirmari, nouitia uero & superflue adinuenta, & impie promulgata reprobari atque damnari: Omnes episcopi adclamauerunt, hæc omnium uoces sunt, hæc omnes dicimus, hoc omnium uotum est. Quæ tandem omnium uoces, atque omnium uota, nisi ut quod erat antiquitus traditum teneretur? quod aduentum nuper, exploderetur? Post quæ admirati sumus & predicauimus quanta Concilij illius fuerit humilitas & sanctitas, & tot numero sacerdotes, penè ex maiore parte metropolitani, tantæ eruditionis, tantæq; doctrine, ut propè omnes possint de dogmatibus disputare: Quibus propter ea ipsa in unum congregatio audendi à se aliquid & statuen-

di addere uideretur fiduciam, nihil tamen nouerent, nihil præsumerent, nihil sibi penitus arrogarent, sed omnimodis præcauerent, ne aliquid posteris traderent, quod ipsi à patribus non accepissent. Et non solum in præsentem rem bene disponerent, uerum etiam post futuris exempla præberent, ut & ipsi scilicet sacratæ uetustatis dogmata colerent, prophane uerò nouitatis adinuenta damnarent. Inuectus sum etiam in Nestorij sceleratam præsumptionem, quod sacram scripturam se primum & solum intelligere, & omnes eos ignorasse iactaret, quicumque ante se magisterij munere præditi diuina eloquia tractauissent: uniuersos scilicet sacerdotes, uniuersos confessores & martyres, quorum aliqui explanassent Dei legem, Alij uerò explanantibus consensissent, uel credidissent. Totam postremò etiam nunc errare, & semper errasse adseueraret ecclesiam, quæ; ut ipsi uidebatur, ignaros, erroneosque doctores & sequuta esset, & sequeretur.

Quæ omnia licet cumulatè abundèque sufficerent ad prophanas quasque nouitates obruendas & extinguendas, tamen nequid deesse tantæ plenitudini uideretur, ad extremum adiecimus geminam Apostolicæ sedis auctoritatem, **Sixtus** unam scilicet sancti Papæ Sixti, qui nunc Romanam ecclesiam uenerandus illustrat: alteram decessoris sui beatæ memoriæ papæ Celestini, quam hic quoque interponere necessarium iudicauimus. Ait itaque S. papa Sixtus in epistola, “ quam de causa Nestorij Antiocheno misit episcopo: Ergo, “ inquit, quia sicut ait Apostolus. Fides una est, quæ euidenter obtinuit dicenda, credamus, & tenenda credamus. Tandem illa credenda & dicenda prosequitur, & ait: Nihil ula

trā, inquit, liceat nouitati, quia nihil addi conuenit uetustati, ,
 Perspicua maiorum fides & credulitas nulla cœni permissio
 ne turbetur. Omnino apostolicē, ut maiorum credulitatem **Celestinus**
 perspicuitatis lumine ornaret, nouitias uerò prophanitates
 cœui permissione describeret. Sed & S. Papa Celestinus,
 pari modo eadēque sententia: Ait enim in Epistolam quam
 Gallorum sacerdotibus misit, arguens eorum conniuentiam,
 quòd antiquam fidem silentio destituentes, profanas nouita- **Liberū no**
 tes exurgere paterentur: Merito, inquit, causa nos respicit, si sit oīa lo-
 silentio foueamus errorem. Ergo corripiantur huiusmodi, qui
 non sit his liberum habere pro uoluntate sermonem.

Hic aliquis fortasse addubitet, qui nam sint illi, quos ha-
 bere prohibeat liberum pro uoluntate sermonem, uetustatis
 predicatores, an nouitatis adinuentores. Ipse dicat, & dubi-
 tationem legentium ipse dissoluat: Sequitur enim: Desinat,
 inquit, si ita res est, id est, si ita est, ut apud me quidam urbes
 & prouincias uestras criminantur, quòd eas quibusdam no-
 uitatibus consentire noxia dissimulatione faciatis: Desinat
 itaque, inquit, si ita res est, incessere nouitas uetustatem. Er-
 go hæc fuit b. Celestini b. sententia, non ut uetustas cessaret
 obruere nouitatem, sed potius nouitas desineret incessere ue-
 tustatem. Quibus apostolicis catholicisque decretis quisquis
 refragatur, insultet primum omnium necesse est memoriæ S.
 Celestini, qui statuit ut desineret incessere nouitas uetustatem
 deinde irrideat definita S. Xisti, qui censuit ne ultra quicquā
 liceat nouitati, quia nihil addi conuenit uetustati: Sed & b.
 Cyrilli statuta contemnat, qui uenerandi Capreoli zelum ma-
 gna prædicatione laudauit, quòd antiqua fidei dogmata con-
 firmari cuperet: nouitia uerò adinuenta damnari. Ephesinam

quoque synodum, id est, totius penè Orientis sanctorum Episcoporum iudicata proculcet, quibus diuinitus placuit, nihil aliud posteris credendum decernere, nisi quòd sacrata scriptura in Christo consentiens sanctorum patrum tenuisset antiquitas, quiq; etiam uociferantes & acclamantes, uno ore testificati sunt, has esse omnium uoces, hoc omnes optare, hoc omnes censere: ut sicut uniuersi ferè ante Nestorium heretici contemnentes uetustatem, & adferentes nouitatem damnati fuerent, ita ipse quoque Nestorius autor nouitatis, & impugnator uetustatis condemnaretur. Quorum sacrosancta & coelestis gratiæ munere inspirata consensio cui displicet, quòd aliud sequitur, nisi ut profanitatem Nestorij adferat non uideat damnatam? Ad extremum quoque uniuersam Christi Ecclesiam, & magistros eius Apostolos & Prophetas, præcipue tamen b. Apost. Paulum, uelut quædam purgamenta contemnat: illam, quòd à religione colendæ & excolendæ semel sibi traditæ fidei nunquam recesserit: illum uerò, qui scripserit: O Timothee depositum custodi, deuitans profanas uocis nouitates. Et item: Siquis uobis adnuntiauerit præterquam quod accepistis, anathema sit. Quòd si neque Apostolica definita, neque Ecclesiastica decreta temeranda sunt, quibus secundum sacrosanctam uniuersitatis & antiquitatis consensum cuncti semper heretici, & ad extremum Pelagius, Celestius, Nestorius iure meritoque damnati sunt, necesse est profectò omnibus deinceps catholicis, qui sese Ecclesiæ matris legitimos filios probare student, ut sanctæ sanctorum patrum fidei inhereant, adglutinent, immoriàtur: profanas uerò profanorum nouitates detestentur, horrescant, infectentur, persequantur.

Hæc sunt ferè quæ duobus Commoniorijs latius disserta,
aliquantò nunc brevius recapitulandi lege constricta sunt, ut
memoria mea, cui adminiculandæ ista confecimus, & com-
monendi assiduitate repareretur, & prolixitatis fastidio non
obruatur.

VINCENTII LIRI-
nensis Galli, finis.


ADVER. ERON. NO. 12


...que dicitur Communio...
...legi...
...conferunt...
...prohibita...

VINCENZI LIRI

...Galli...

[Faint, mostly illegible text in the main body of the page]





DETERMINATIO
FACULTATIS THEO-
LOGIAE IN SCHOLA

Parisiensi super quamplu-
rimis assertionibus

D. Erasmi Ro-
teroda-
mi.



Spes eius: & non respexit

Beatus uir, cuius est dominus



in uanitates, & insanias falsas.

Venetijs ad signum Spei.

1549

OUT L E C T O R I .

DERASMVM Roterodanum, quem
qui quidam inter hereticos locat, uides lectum
non solum huius authoris, uerum multorum
quoq; aliorum doctorum, bonorumq; uirorum opinione
ac testimonio ab hereseos crimine esse immunem, utpote
qui sua non semel iudicio submittat ecclesie errata. Est
in eius libris inueniantur, quae partim a deuotis, partim
a nasutis quibusdam carpantur, obijciaturq; nobis sepe
mero res serias ac sacras nimis cum pueriliter, tum leuiter,
quam deceat ab eodem tractatas, ne (ut ipsi) dicant
lumnias: quare multa quoq; in ipsius libris truncanda,
quaedam mutanda, quaedamue sint (ut ipsi autumant) penitus
dananda & obliteranda. Ego tamen satius puto propter
illos homines in huius libri fine Academie Parisiensis
iudicium cum explanatione eorum, quae in eiusdem
libris caute legenda sunt, adijciendum.

2

DETERMINATIO FACULTATIS
THEOLOGIAE IN SCHOLA

Parisiensi super quamplurimis asser-
tionibus D. Erasmi Ro-
terodami.



DE CANVS & facultas Theologiae
scholae Parisiensis omnibus fidelibus in
Christo salutem. Cum à nobis anno do-
mini .1526. circa finem Iulij à multis &
grauibus uiris quæreretur, quid sentien-
dum foret de quibusdam propositionibus excerptis e Para-
phrasibus Desiderij Erasmi in nouum testamentū, et simili-
ter de quibusdam alijs extractis ex quodā eius libello dicta-
rum propositionum defensiuo, qui dicitur Elenchus: necnon
& paucis alijs in alijs illius libris repertis: Nos rōnem red 1. Pet. 3.
dere uolētes de ea, quæ in nobis est, fide, re diutius atq; ma-
turius perspecta, et inter nos discussa, tandem non solum su-
per dictis propositionibus rñdendum censuimus, sed et ratio-
nes & scripturarum testimonia pro instituti breuitate, pau-
ca ad cautelam subijcere, ubi opus uisum est, curauimus: ut
clare agnoscāt, qui ista lecturi sunt, tantā esse uim ueritatis,
ut quāuis interdum impudenti insipientium hominū temeri-
tate exagitetur, nunquam tñ possit conuelli. Nam si aduer-
sus eam portæ inferorum præualere nequeūt, neq; certe po-
testas ulla super terram præualebit. Proinde non solent uiri
prudentes etiam ethnici pertinaci animositate ea tueri, quæ
leuius forsā aut incōsultius asseruere, ubi ueritas ipsa, rōne
reddita, manifeste cognoscitur. Cæterū in conclusione pñtis
operis hmōi nostri instituti ratio pluribus explicabitur.

INDEX ARGUMENTORVM, QUAE
à præfata doctorum uniuerſitate diſcuſa
ſa ſuere & diffinita.

DE paruulis baptizatis	1	in quibus non ſatis officio	
De morte Chriſti	2	Paraphraſta ſcriptorum	
De ieiunio & delectu ciborum	3	phraſis reſpondet	15
De iuramento	4	De meritis	16
De reparatione iniuriæ	5	De fiducia bonorum operum & meritorum	17
De matrimonio	6	De fiducia corporalium ceremoniarum et ſtatutorum religionis	18
De fide	7	De oratione uocali	19
De quibusdam deſiderijs ſtantibus ad fidem	8	De cœlibatu ſacerdotum	20
De lege ueteri	9	De peccato originali	21
De authoribus librorum noui teſtamenti	10	De pœna filiorum temporali propter peccata parentum	22
De ſymbolo apoſtolorum	11	De pœna hæreticorum	23
De traduccionem ſanctarum ſcripturarum in linguam uulgarem	12	De defectu uigoris euangelij	24
De ijs, in quibus à comuni uſu eccleſiæ latinæ Paraphraſtes recedit à ſuis Paraphraſibus	13	De ſabbato	25
De quibusdam ꝑpoſitionibus, quæ poſitæ uidentur ex inaduertentia uel ipſius Paraphraſtae uel Typographorum	14	De eccleſia	26
De quibusdam ꝑpoſitionibus,		De beata uirgine Maria	27
		De angelis	28
		De Petro	29
		De Paulo	30
		De Dionyſio Areopagita	31
		De theologia ſcholæſtica	32

Titulus 1. De paruulis baptizatis in epistola
præposita Paraphrasi in Mattheum
propositio Erasmica.

Mihi uidetur non mediocriter conducere, si pueri
baptizati, cum iam ad pubertatē peruenerint, iu-
beantur concionibus adesse, in quibus illis diluci-
de declaretur, quid in se contineat professio baptismi. Dein
de diligenter priuatim examinentur à probis uiris, satis ne
teneant ac meminerint ea, quæ docuit sacerdos. Si cōperien-
tur satis tenere, interrogentur ratum ne habeāt, quod susce-
ptores illorum nomine polliciti sunt in baptismo. Si audita
professione non approbent, quod gestum est per uicarios,
omnia tentanda sunt, nequis resileat à prima fide. Quod si
non potest obtineri, fortassis expediet illū non cogi, sed suo
relinqui aīo, donec resipiscat: nec ad aliā interim uocari pœ-
nā, nisi ut ab eucharistia sumenda reliquisq; sacramentis ar-
catur. Ceterū nec à sacris, nec à concionibus excludatur.

Censura.

Consilium hoc, quantum ad id, quod suadet petendum
à paruulis baptizatis, dum iam sunt adulti, ratū ne habeāt,
quod susceptores illorum nomine in baptismo promiserūt,
et si non approbent, fortassis expedire eos relinqui animo
suo, donec resipiscant, nec interim aliter puniri, nisi qd non
tradantur eis sacramenta ecclesiæ, impiū est et in perniciem
uerget fidelīū, uia aperiens abolendæ christianæ religioni.

Ratio.

Si enim paruuli baptizati, ubi adoleuerint, interrogati
negent se rata habere, quæ susceptores nomine illorum pol-
liciti sunt, mox et ipsi suæ peruersitati adherētes à christia-
nismo deficerent, et eorum exemplo multi alij. In dubium

DE TERMI. SCHOL. PARIEN.

præterea reuocare, an baptizati paruuli, ubi ad annos discretionis peruenerint, possint cogi ad tenendum fidem catholicam, apertâ præfert impietatem. Nam cum fide tenetur, baptizatos paruulos esse fideles filios Dei & heredes regni cœlestis, fide quoq; tenendum est eosdem iam adultos esse de gremio ecclesiæ: ideoq; eisdem legibus esse obnoxios, quibus cæteri orthodoxi adstringuntur, haud secus quam aliarum cõmunitatũ paruuli, ubi ad pubertatis annos peruenerint, legibus suarum politiarum deuinciuntur, quãuis in illas formaliter per se non consenserint. Vnde nec minus possunt cogi paruuli christianorum baptizati ad fidem Christi seruandam, quàm olim paruuli Iudæorum circumcisi ad legem Mosaicam: de quibus tamẽ nephas est hæsitare. Sub lege siquidem circumcisos uniuersæ legis faciendæ debitores pronunciat Apostolus, & decreuit dñs in lege ueteri morte plectendos quoscunq; à semel suscepta lege recedentes. Declararunt item nonnulli summi pontifices tanquam contra hæreticos procedi oportere aduersus eos, qui cum paruuli essent, baptizati sunt: ubi autem doli facti sunt capaces, ad ritus se conuerterunt Iudæorum.

Gala. 3

Hebræ. 3

Titulus 2 De morte Christi Lucae 22.

Propositio Erasmi prima.

Iesus suam mortem nõ lugubrem, sed gloriosam esse uoluit, nec eam deplorari uoluit, sed adorari, ut quæ sponte pro salute totius mundi suscipiebatur.

Censura.

Hebræ. 2

Etsi pretiosa est mors Christi & gloriosa, ut quæ mortem & mortis destruxit authorem: non cõtinuo non est & ipsa lugubris & fidelibus desolanda, pro quorum salute exhibitã sponte est. Nam cum per regum prophetam Christi

stus conqueratur dicens: Sustinui qui simul contristaretur, Psal. 68
 & non fuit, qui consolaretur, & non inueni. Et per Zacha-
 riam predictum sit: Dolebunt super eum, sicut doleri solet Zach. 22
 in morte primogeniti. Piæ quoq; matris animam in filij pas-
 sione doloris gladius iuxta uaticinium Symeonis pertran- Luca. 3
 sieri: planum est, quod Christus suam passionem & mor-
 tem minime uetuerit desleri, sed cum illa peccata uoluerit
 lugeri, propter quæ expianda moriebatur, tanquam causam
 tanti doloris: quandoquidem attritus est (ut scribit Esaias)
 propter scelera nostra, & liuore eius sanati sumus. Proin- Esaiæ. 33
 de cum hæc propositio catholicorum doctorum sententiæ,
 uniuersalis ecclesiæ ritui, quo singulis quibusq; sextis ferijs
 in memoriã dominicæ passionis à carnibus abstinetur, nec
 non & recte sacræ scripturæ intelligentiæ aduersetur, te-
 meraria est, impia & hæretica.

Secunda propositio in Elencho. Annota. 7.

Christus si suam mortē uulgari more lugeri uoluit, cur Luca. 23
 baiulans crucem reprehendit filias Hierusalem?

Censura.

Noluit se Christus à filiabus Hierusalem desleri, ut in-
 mum aut non potentem se ab illatis malis defendere, quem-
 admodum illæ erāt deslende ob imminens Hierosolymitanæ
 ciuitatis excidium. Neq; tamen eam ob rem id fieri prohi-
 buit, quod natura suggerit, ratio suadet, sacra eloquia com-
 probant. Christianos uidelicet Christi membra Christo ca-
 piti suo cōformari, eidemq; patienti & dolenti compati &
 condolere, quemadmodum suo generali ritu ecclesia ob-
 seruat. Hac autem interrogatione oppositum innuens hic
 scriptor, neque scripturam, quam assumit, intelligens, ma-
 nifeste errat.

Titulus 3 De ieiunio & delectu ciborum
 Erasmi propositio prima in epistola præposita
 Paraphrasi primæ ad Corinthios.

Mihi purioris christianismi uidetur, magisq; cõpõ-
 taneum euangelicæ & apostolicæ doctrinæ, solum certũ cibi genus præscribatur, sed admonen-
 tur omnes, ut quisq; pro corporis habitu uescatur, que ma-
 xime conducunt bonæ ualeudini, non ad luxum, sed ad sobrietatem, cum gratiarum actione, ac studio bonæ mentis.

Cenfura.

Hæc propositio significans magis conforme esse eu-
 gelicæ & apostolicæ doctrinæ, omne ciborum discrimen
 christianis auferri, ut quisq; pro suo arbitrio ijs uescatur,
 quæ existimat conducere suæ ualeudini, modo sobrietas sa-
 ciat, & cum gratiarum actione, ex erroneo scripturæ intel-

Tit. 3 lectu asserta, ecclesiasticæ est disciplinæ eneruatiua, et euan-
Hebræ. 13 gelicæ ac apostolicæ doctrinæ, quæ iubet superioribus obe-
 dientiã præstari, aduersatur ecclesiæ catholicæ, quæ hinc
 escarũ delectum fidelibus obseruãdum religiose et pruden-
 ter constituit, contumeliã irrogat. Deniq; Aerij, Iouiniã,
 Vualdensiũ et Lutheri hæresi cõsentit. Non tolerandã de-
 niq; arrogantiam eam asserentis indicat, qui suã unius sibi
 totius ecclesiæ iudicio præferre non erubescit.

Secũda eiusdem de eadem re propositio com-
 plectens multas in Paraphrasi octauis capi-
 tis primæ ad Corinthios.

Roma. 14 Approbo quod dicis: Esca non cõmendat nos Deo. Cũ
 enim Deus uniuersa creauerit ad usus humanos, neq; quicquam
 quam à nobis exigat præter uitæ pietatẽ, quid illius respiciat
 piscium an quadrupedum, an uolatiliũ carnis uescamur?

Nihil enim horum pietati quicquam uel addit uel adimit.
 Horum delectus superstitiosum facere potest, pium nequaquam.
 Christus nullum horum discrimē docuit. Proinde te
 meritas sit, si quis homunculus conetur quenquam huiusmo
 di constitutionibus onerare, pro suo quisq; corporis affe
 ctu uescatur, quibus uelit, modo sobrie parceq; super om
 nibus gratias agens Deo.

Censura.

Quāuis (ut per uerba illa, esca nos non cōmendat deo,
 pretendit apostolus) cibus aut potus, aut eorum sumptio,
 suapte natura bona moraliter non sint aut mala, nec pios
 reddant nec impios, abstinentia tñ ab illis, ad uirtutes com
 parandas ex præcepto ecclesie, aut iuxta cōditionem per
 sonarum ex uoto aut deuotione uoluntarie assumpta, lau
 dabilis est, et meritoria, ac pietati deseruit, ad illam præpa
 rans, ac magnum illi adferens subsidium. Alioqui non to
 ties abstinentiam et sobrietatem cōmendaret scriptura, nec
 Deum alloquens cōcineret ecclesia: Qui corporali ieiunio
 uitia comprimis, mentem eleuas, uirtutes largiris & præ
 mia. Quapropter dogma istud sic indistincte positum, &
 ex scripturis perperam intellectis assertum, à pietate retra
 hit, atq; errori suffragatur præfatorum hæreticorū Aerij,
 Iouiniani, ante annos mille dānato, et rursus postea in Vual
 densibus, Vuiclefo & Luthero reprobato. Nec tam expli
 cat scriptor literam apostoli, quā ad hæreticū sensum eam
 contorquet: præsertim habita ratione præcedentia propo
 sitionis, scilicet: Mihi purioris christianismi uidetur, &c.
 quæ mentem clare satis aperit scribentis. Hoc item comper
 to, quod ab ipsis etiā apostolis delectus ciborum inductus Actu. 15
 est, qui abstinentiam à suffocato & sanguine præceperunt:
 Eorum insuper decreto, authoribus Ignatio, Hieronymo

DETERMI. SCHOL. PARIEN.

et Maximino, quadragesima instituta est. Et ubi certe per se Christus nullum præcepisset discrimen ciborum, non recte inde eliciatur, quod temeritas sit ad utilitatem fidelium super huiusmodi rebus leges ab ecclesia constitui. Quia potius magnæ est temeritatis, usque adeo procaciter ecclesia instituta conuellere eniti.

Propositio eiusdem tertia. Ex libro de interdicto esu carniū.

Vnde offendiculum ex ijs rebus, quarum usum non interdicit euangelium, imò quarum interdictores damnant apostolica litera, prohibentes (inquit) cibos, quos Deus creauit ad uescendum? Censura.

Hæc propositio innuens præceptum de ieiunio et delictu ciborum certis diebus ecclesiam contra doctrinam apostolicam instituisse, diabolica suggestionem asserta, hæretica est, et ecclesie catholice iniuria, ac insanam libertatem cum præfatis hæreticis inducere molitur. Nec intentioni apostoli consentanea, qui illos solum in loco assumpto damnat, qui creaturas natura malas esse assererent: non autem eos, qui ex instituto ecclesie, aut ob satisfactionem, aut uirtutem, a certis cibis statutis temporibus abstinent.

Quarta propositio eiusdem. Marci 2.

2. cor. 9 Tristia sunt ieiunia, quæ præscribit lex, et ob hoc in grata Deo, qui diligit hilarem datorem.

Censura.

Hæc propositio falso asserens tristia esse ieiunia, et quasi seruili affectu semper fieri, quæ ex præcepto sunt, cum sepe libera exerceantur charitate, erronea est, et difformiter ad sanctam scripturam asseritur: quæ obedientiam præceptis superiorum exhibitam maxime Deo gratam esse demon-

strat. Ordini quoq; iuris naturalis aduersatur, quo indictū est, ut inferiores superiorum legibus dirigantur. Quia si contingat talia ieiunia seruari, ut uitetur poena, quæ incurreretur transgrediendo præceptum, non propterea semper sunt Deo ingrata, nec inde rationem perdunt meriti.

Titulus 4 De iuramento.

Propositio Erasmi prima. Matth. 5.

L Ex euāgelica, quo tutiores sint hoīes à piurio, pror. Matth. 5
sus dānat omne iusiurandū, ut iam fas nō sit iurare.

Propositio secūda eiusdē. Matth. 5.

Christus in totum uetat iurare. Censura.

Christum & apostolos usos fuisse iuramento manifestū est, quod non fecissent, si lege euangelica omne iuramentum esset illicitum. Ordo etiam iuris frequenter iuramentū exposcit: Quia oīs controuersia finis est iuramentū. Quam Hebr. 6 ob rem utraq; harum propositionum legi euāgelicæ et eius latori Christo iniuria, et à sana scripturæ intelligentia aliena, damnata Catharorum, Vualdensium, & eorum, qui se iactitant de ordine apostolorum, doctrina desumitur.

Propositio eiusdē de eodē tertia. Luc. 24.

Christus prohibet iurare, qd' non phibuerat lex prior.

Censura.

Cum eadem sint moralia præcepta in utraque lege per euangelium à Christo confirmata, erroneum est dicere, iuramentū in lege noua simpliciter esse prohibitum, cum in lege ueteri licuerit.

Propositio eiusdem quarta. Matth. 5.

Non minus est christianus simplici uerbo obstrictus, quā Iudæus per oīa sacra deierās. Censura.

Hæc propositio erronea est, et honori Dei derogat, cui

DE TERMI. SCHOL. PARIEN.
ius autoritas interponitur per iuramentum, ratione cuius
nouum uinculum obligatorium inducitur.

Propositio eiusdē de eodē quinta. Matt. 5.

Non est opus in cōtractibus admiscere iusiurandū, ex-
erationes, aut similes, qd' et promittentem obstringit iuramentū,
& stipulanti facit fidem.

Censura.

Hęc propositio prætendens non esse conueniens, utile
aut necessarium, adhibere iuramentum ad cōfirmandos hu-
manos contractus, uniuersaliter intellecta, est falsa, et
errorem Viclefi accedens. Quandoq; enim utile est, qua-
doq; necessarium hominum cōmercia roborari, iuxta
super qua est contractus, magnitudinē, et personarum con-
trahentium seu politiarum utilitatem inde prouenientem, ut
uidere est in principum fœderibus.

Titulus 5. De reparatione iniuriæ.

Propositio Erasmi. Lucæ 22.

Ioan. 18

Nisi Christus humanum affectum, quo ipsum aposto-
li diligebant, euidenter castigasset, existimassemus
nobis licere aduersus impiorum uiolentiam nos et
mis defendere, ac uim ui repellere. Nūc autē cum Petrus re-
prehensus sit, quod aduersus impios & sceleratos pro in-
nocentissimo dño strinxerit ferrū, quæ poterit esse posthac
causa, ut homo christianus iniuriam iniuria repellat?

Censura.

Quanquam inter christianos, quantum fieri potest, fua-
genda sunt bella & lites, hęc tamen propositio ut iacet,
innuens nunquam licitum esse bellum aduersus impiorū ui-
olentiam, quasi nunquam iuris ordine seruato, se defendendo
iusta sit belli causa, eneruat omnem politiam, & à lege natū

rali & à diuina discrepat. Alioqui enim non cōmemorarentur in libris Numerorum, Iosue, Iudicum, Regum, & Machabæorum multa bella, quæ ex diuina ordinatione gesta sunt. Scriptis præterea per Apostolum & alios sanctos uiros hæc propositio obuiat, atq; hæresi consentanea est pauperum de Lugduno & Lutheri. Neq; scriptorem excusat quod adijcit, quæ poterit esse posthac causa, ut homo christianus iniuriam iniuria repellat: cum in præcedenti parte clare tradat, simpliciter non licere nos armis defendere, aut uim ui propulsare. Vnde manifeste colligitur sensus auctoris. Neq; etiam ea ratione Petrum Christus reprehendit, quasi nunquam liceat uim ui seruato moderamine inculpate tutelæ reijcere: sed qd' ipsum defendere niteretur perinde ac si aliquo Christus indigeret humano subsidio, et mortem iuxta patris decretum absque contrapugnatione non acceptaret uoluntarie.

Titulus 6. De matrimonio.

Prima propositio Erasmi. Matth. 19.

QUæ alteri uiro sui fecit copiam, iam uxor esse desijt & matrimonij ius ademit sibi diuisa carne, cum Deus unam & indiuisam esse uoluit.

Secunda eiusdem propositio.

Inter euangelicos una duntaxat causa dirimit coniugiū, hoc est uiolata coniugij fides.

Tertia propositio eiusdem. Marci 10.

Vxor, quæ sui corporis copiam fecit alteri, iam etiam si nō repudietur, desijt esse uxor: et maritus, qui sui corporis copiam fecit alienæ, iam ante diuortiū maritus esse desijt.

Quarta propositio. Marci 10.

Quemadmodum ignis non est ignis, nisi caleat: ita con-

iugum non est coniugum, nisi ex duobus fiat unus ex tribus aut quatuor una caro fieri nō pōt. Censura.

1. COR. 7

Hæ quatuor propositiones, quatenus per eas præuidetur, matrimonium per adulterium dissolui quantum ad uinculum, hæreticæ sunt. Est enim uinculum matrimonij re diuino indissolubile, ut ad Corin. scribens Apost. demonstrat, cum inquit: His, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed dominus, uxorem à uiro nō discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut uiro suo reconciliari. Et rursum: Mulier alligata est legi, quāto tpe uir eius uiu. Et eadem oīno est ratio de uiro sicut de muliere, [quia eiusdem] beati Pauli sn̄a: Sicut mulier sui corporis ptātem non habet, sed uir: ita & uir sui corporis ptātem non habet, sed mulier. Tanta præterea est indissolubilitas matrimonij, ut nec per hæresim (quæ fornicatio est spūalis) dissoluatur.

Titulus 7. De fide.

Propositio prima eiusdem. Iacobi 2.

Fides quæ friget absq; charitate, nec se profert ubi res postulat, ne fides ydē est: tantū est inane fidei nomen.

Propositio eiusdem secūda. Iacobi 2.

Fides & charitas natura coniunctissimæ sunt, & alterū ab altero diuelli nō potest. Et paulo post: Charitas fidei comes est indiuidua.

Propositio eiusdem tertia. In Elencho.

Certum est utranq; alteri indiuiduam esse comitem.

Censura.

1. COR. 13

Hæ tres propositiones sunt hæreticæ, et sn̄æ apostolorum Pauli & Iacobi contrariæ. Paulus nanq; fidē sine charitate posse esse ostendit, cum inquit: Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autē non habeam,

nihil sum. Iacobus etiam in capite, in quo dicit: fidem sine operibus mortuam esse, appellat fidem simpliciter illam, quae est sine operibus. dicens: Quid proderit fratres, si quis dicat se fidem habere, opera autem non habeat: nunquid poterit fides saluare eum? Vnde patet, quod fides absque charitate aut bonis operibus appellanda est.

Propositio quarta Erasmi. Ioannis 3.

Sola fides purificat corda, redditque idonea, quibus creantur coelestis philosophiae arcana.

Propositio eiusdem quinta. Ioannis 8.

Sola credulitas uia est ad immortalitatem.

Propositio eiusdem sexta. Lucae 24.

Quid exigit Christus a suis nisi fidem. Censura.

Tametsi requiritur fides ad assequendam beatam immortalitatem, et ad cordium purificationem, ut docent sacrae litterae: non tamen eam solam ad hoc requiri adstruunt, sed potius oppositum. Vnde ait Iacob. apost. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum. Et Pau. Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Quare propositiones cum huiusmodi exclusionem positae scripturis non consonant, quae ubique bona opera praedicant, et offendiculum eadem propositiones aptae sunt prestare pusillis: quasi uidelicet non sint fidelibus necessaria bona opera, sed sola fides sufficiat ad salutem.

Titulus 8. De quibusdam desiderijs ad fidem spectantibus.

Propositio Erasmi. i. in epist. praeposita. 1. Corin.

Vtinam illud saltem aperuisset Paulus, a quibus, quo tempore quo cultu, quo actu, quibus uerbis consecrari soleat panis ille mysticus, et sacrosanctum dominici sanguinis

3 DETERMI. SCHOL. PARIEN.
nis poculum. Censura.

Curiosum est hoc desiderium & futile atq; impium, si ab existimatione procedat, qua credantur minoris auctoritatis esse multa à Christo per apostolos nobis uoce uerba tradita, quàm sint ea, quæ in scriptura sunt expressa. Sufficiens enim sunt per scripturam sacram determinata, qua saluti fidelium expediunt per eam determinari. Nec auctoribus Dionysio, Basilio, & Augustino in minori habenda sunt auctoritate, quæ à Christo ex apostolorum traditione 2. Thess. 2 ad nos usq; peruenere, de sacramentis & alijs multis, quæ quæ scripturis sacris definiuntur. Docet enim Apostolus tenendas esse institutiones apostolicas: non solum quæ scripturis exarantur, sed etiam quæ nudo sermone ab apostolis traditæ sunt. Reliqua uerò cõmodius & decentius relicta sunt dispositioni ecclesiæ, ut de illis definiat & determinet, prout tantorum sacramentorum dignitas, & ipsius ecclesiæ profectus exposcit.

Secunda eiusdem propositio in epistola preposita primæ ad Corinthios.

Vtinam Paulus aliquanto plus lucis nobis aperuisset, qualiter extent animæ semotæ à corpore, & ubinam extent: an fruatur immortalitatis gloria, an impiorum animæ iam nunc cruciètur, an eis subueniãt nostræ preces aut alia beneficia, an indulgentia summi pontificis subito liberentur à pœna, quod uideo multos super hisce rebus ambigere aut certe disputare, quod superuacaneum erat, si Paulus aperte definiuisset.

Censura.

Superuacaneum est hoc desiderium & periculosum, multis siquidem occasionem asserre potest scādali, tanquã quæ illuc ponuntur, sufficienti scripturarũ testimonio nõ sufficiantur.

eiantur: cū tamen illa omnia satis sint per sacra eloquia de-
 finita, excepta ultima particula de indulgentijs. Nam quod
 anime iustorum post hanc uitam cum Deo regnent beatæ,
 monstrat Christus dicēs in die mortis suæ bono latroni: *Ho* *Luca. 23*
die mecum eris in paradiso. Et Paulus mori existimans *lu-* *Philip. 1*
erum, hincq; cupiens dissolui & esse cum Christo. Insuper
 cum angeli hoīum custodes, semper uideant faciem patris, *Matt. 18*
 qui in coelis est, ante diem iudicij: eadem rōne uident et aīe
 piorū, chirographo peccati iam pridē Christi morte subla-
 to. Docet similiter scriptura aīas impiorum supplicijs infer *Colos. 2*
 ni deputari, cum per beatum Iob dicitur: *Ducunt in bonis* *Iob. 21*
dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Et per bea- *Iudæ. 1*
 tum Iudam Thadæum de his, qui sectati sunt peruersa desi-
 deria, scribitur quòd sint ignis æterni pœnam sustinentes.
 De diuite itē Epulone scribit beatus Lucas, quòd mortuus *Luca. 16*
 sepultus est in inferno. At uerò qui ex hac luce cū Dei ami-
 citia migrarunt, nondum planè à scoria peccati expiati, ui-
 uorum iuuantur suffragijs, id qd' in euangelio Christus de- *Luca. 16*
 monstrat, dum suadens ut uiuentes, amicos sibi comparent
 de māmōna iniquitatis, qui eos, ubi defecerint, in æterna ta-
 bernacula recipiāt. Huc accedit quòd illi membra sunt cor *Ephe. 4*
 poris Christi, quare aliorum membrorū eiusdem corporis
 subsidio par est subleuari. Nam & hoc natura insitum est, *1. Cor. 12*
 ut ubi unum membrū patitur, reliqua membra compatian-
 tur. Regius quoq; propheta idem insinuans in eorum per- *Psal. 118*
 sona, qui Deo sunt accepti, ait: *Particeps ego sum omnium*
timentium te, & custodientium mandata tua. Patet itaque,
 quòd uiuentium preces atq; alia benefacta magnopere illis
 succurrunt. Neq; tamen propterea asserendū est, quòd sem-
 per per indulgentias subito à pœnis liberentur. Nec hoc in

DETERMI. SCHOL. PARIEN.

suis bullis pontifices prætendunt, aut ex ui hmōi bullarum
 pōtificiarum sanè intellectarum id habetur. Nam cum non
 in destructionem, sed in ædificationē data sit potestas eccle-
 siæ, non pro quauis causa, oēs quorumcūq; pœnarum debi-
 tores per hmōi indulgētias protinus à debito pœnarum en-
 piuntur, etiam si sint in charitate. Vnde nulli mortalium ce-
 tum, quantum per quasuis indulgētias Deo satisfaciat pro
 pœnis, quæ peccatis debentur. Neq; tñ si certus indulgen-
 tiarum ualor fidelibus ignoratur, eam ob rem contemere-
 de sunt indulgētias, quas probauerunt sacra cōcilia
 pontifices, atque uniuersalis ecclesiæ consuetudo
 Ideoq; prodesse illas haud dubie tenendum est, quandoquā
 dem per ipsas uberes uirtutum fructus, & magna satisfac-
 tionis emolumenta christianis pueniunt. Quare hæc pro-
 positio exemplum noxijs dubijs in fide uacillantū inepte
 proponens, offendiculū præbet indoctis & infirmis dubi-
 tandi circa ea, quæ certa fide tenenda sunt: in quibus non so-
 lum superfluum est dubitare, & dubitando disputare, sed
 etiam illicitū. Quod si qui super his dubitant, inō nouis scri-
 pturis ueniūt instruēdi, sed legitimis supplicijs debet usque
 adeo impia temeritas coerceri. Disputare nihilominus de
 his citra hæsitacionem ad maiorem elucidationē ueritatis,
 si modo per eos talis fiat disputatio, quibus ex officio inci-
 bit, nō est temerarium aut illicitum: quin potius pium &
 expediens: & parati sint iuxta scripturam tanquam pasto-
 res & doctores rationem reddere de ea, quæ in eis est, fide
 & spe: & eos, qui contradicant, arguere.

1. Petr. 3

Tit. 1

Titulus 9. De lege ueteri.

Propositio Erasmi prima.

Marci 1.

CVM lex terrorem incuteret potius quàm amorem, quia

supererat, nisi posteaquã per legem didicerant hoïes se peccatis obnoxios, nec potuisse ab his temperare: simulq; scientes Dei seueri uindictis iudicium neminẽ posse effugere, nisi ut trepidarent, horrerent, ac desperarent? Quis amare posset quem horret?

Censura.

Hęc propositio innuens hoïes ueteris legis nõ potuisse uitare peccata, et magis induci per legis cognitionẽ, ad desperationẽ quã ad amorẽ, est iniuria legi et legislatori deo. Tradidit. n. dñs legem non per quã perirent hoïes, sed iustificarentur, iuxta illud apostoli: Lex quidẽ sancta, & mada Roma. 2 tũ iustũ. Et illud Leui. Custodite leges meas atq; iudicia, q̃ Leui. 18 faciẽs homo uiuet in eis. Neq; n. Deus hoïem ad impossibile obligauit per legẽ mysticã, cum non possit esse iniustus.

Propositio eiusdem secunda. Marci 1.

Lex Moysi suis umbris, uictimis, ac terroribus facit hypocritas.

Censura.

Hęc propositio rursus legi Mosaicæ contumeliosa est, & ipsi Deo qui huiusmodi umbram, uictimas & cæremonias legis instituit: quæ ex sua institutione ad bonum inducebant & ueritatem figurabant nouæ legis.

Propositio eiusdem tertia. Roma. 6.

Lex cupiditates irritabat potius quàm coercebat.

Censura.

Hic non cõuenienter usus est scriptor officio Paraphraste. Quidẽ lex de se potius coercebat cupiditates quàm irritabat. Nõ. n. est data lex à Deo ad icitadũ hoïes in peccata, sed ad cohibẽdũ ab illis, alioqui nõ eẽt sancta neq; iusta.

Quarta eiusdem propositio. Matth. 5.

Præceptum illud habetur in lege præcipuum: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

DETERMI. SCHOL. PARIEN.
Censura.

Hac propositione præceptum haberi in lege de odio inimici, falso asseritur, cum nullum tale præceptum in lege habetur. Vnde cū regula dilectionis amici & inimici ad mores pertineat, quod autem ad mores spectat, inuariatum manet in utraq; lege, constat scriptorē hunc non recte assignasse in hoc, discrimen legis noue à ueteri.

Quinta eiusdem propositio. Matth. 19.

Adolescens audierat Christum docentem præcepta legis Mosaicæ non esse satis ad consequendum regnum caelorum.

Censura.

Hec propositio temere asseritur, et in eo qd' præcepta legis ueteris includētis præcepta decalogi nō sū suffecisse ad cōsequendū regnum caelorū siue ad merendam uitā æternam, dictis Christi repugnat dicentis: Si uis ad uitā ingredi, serua mandata. Rursum legisperito recensenti utrumque de dilectione legis mandatum, respondit: Hoc fac et uiues.

Matt. 19

Matt. 22

Sexta propositio eiusdem. 1. Timoth. 1.

Syncera charitas si adsit, qd opus est legis præscriptis

Censura.

Hæc propositio quatenus prætere uideretur uiatoribus habentibus charitatem nō esse necessaria aut utilia præcepta, ex erroneo intellectu illius loci scripturæ, iusto non est lex posita, desumpta accedit ad errorem Begardorum. Neq; certe per uerba illa Apostolus necessitatem secludit præceptorum, sed excellentiam indicat perfectiorū: qui non timore pœnæ, sed uirtutis amore bene operantur.

Septima propositio eiusdem. Galat. 4.
Verbosissima lex est.

Octava propositio eiusdem ibidem.

Iudei pro tēpore crassa religione uel superstitione magis cohibentur. Censura.

Irreuerentia in his duabus propositionibus Paraphrastes loquitur de lege à Deo instituta, modo uocans eam uerbosissimam, modo crassam religionem uel superstitionem: cum tamen teste scriptura ipsa esset ante Christi aduentum Deut. 4 sapientia Iudeorum coram omnibus populis. Et Sapiens, Prouer. 13 uerbum Dei & legem sapientis dicit esse fontem uitæ.

Titulus 10. De authoribus librorum noui testamenti.

Propositio Erasmi prima in Elencho.

Non statim dubius est in fide, qui de authore libri dubitat. Censura.

Hæc propositio temerarie & erronee asseritur, loquendo ut scriptor loquitur de dubio authorum sacrorum librorum noui testamenti ab ecclesia sub noīe talium authorum receptorum. Cuiusmodi sunt authores quatuor librorum euāgeliorum: septem epistolarum canonicarum: quatuordecim epistolarum Pau. Actuum apostolorum & Apoc. Nam cum Deus uiros illos sanctos, organa sua cōstituerit in editione talium librorum, honori eorum detrahit, quisquis ab hmoi libris noīa eorum aufert, uel in dubium uertit: nec nō et à frequenti abducit & fructuosa eorundem lectio. Præterea quāuis de authoribus aliquorum hmoi librorum à nonnullis sit dubitatum, nihilominus postquā ecclesia sub noīe talium authorum suo usu uniuersali illos recepit, & sua probauit definitione, iam non fas est christiano de illis dubitare aut in dubium reuocare.

Tertia eiusdem propositio, cuius prior pars continetur

DETERMI. SCHOL. PARIEN.
in epistola preposita Paraphrasi Luc. 1. Secunda est in Sup-
putationibus. Nume. 26.

De epistola ad Hebræos authore semp est dubitatum
ipse (ut ingenue fatear) adhuc dubito. Censura.

Hebr. 13
1. Thef. 3
2. Petr. 3

Hæ duæ propositiones arroganter & schismaticè asse-
runtur, cōtra usum et determinationē ecclesiæ in multis Cō-
cilijs, Nicæno, Laodicensi, Carthaginensi tertio, cui adfuit
Aug. & in Concilio. 70. episcoporum præside Gelasio. Hoc
insuper liquet, quia auctor huius epistolæ dicit illam se mi-
fisse per Timotheū fratrem suū, cuius legatione in quibus-
dam alijs epistolis solebat uti Pau. Idem et demonstrat bea-
tus Petrus qui in fine secundæ canonice ad Hebræos defini-
natæ, quibus & primā miserat, eisdem dicit scripsisse cha-
rissimum fratrem suū Paulū. Magnus item Dionysius que-
dam ex hac epistola ad Hebræos citat tanquā à Paulo præ-
ceptore suo deprompta. Idem similiter cōprobant, Clemēs
primus. Innocen. 1. Ambr. Chryf. Greg. Nazianze. Dama-
sce. Isido. & alij multi catholici doctores. Nec uerum est,
semper dubitatum esse de authore huius epistolæ, ad Hebr.
cum scribat Origenes qd' ante tpa sua oēs antiqui et maio-
res eā ut Pauli apostoli suscipiebant. Mira autē arrogantia
atq; ptinacia est huius scriptoris, quod ubi tot catholici do-
ctores, pōtifices, Cōcilia, declarāt hanc epistolā esse Pauli,
& idem uniuersalis ecclesiæ usus ac cōsensus cōprobat, hic
scriptor adhuc dubitat, tanquam toto orbe prudentior.

Quarta eiusdem propositio in Elencho. De secundā Pe-
tri diu dubitatum est. Censura,

Hanc epistolam sub noīe beati Petri et iam olim ecclesiæ
suo usu recipit, et definitione Conciliorū, Laodicen. Cartha-
gin. 3. Gelasij papæ, nec non & decreto Innocentij magni.

Præterea ex eiusdem epistolæ litera patet, eam à beato Petro esse scriptam. Nam illius scriptor Petrus apostolus in principio nominatur, & adfuisse dominicæ transfigurationi asseritur in eadem epistola: soli autem tres ex apostolis (ut euangelistæ testantur) illi adfuerunt: unde cum nec Iacobum maiorem, nec Ioannem euangelistam eam scripsisse in confesso sit, recte cõficitur Petrum illam scripsisse. His itaque perspectis inepte & sine ullo fructu de eius authore dubitatum esse proponitur, cum modo nulli liceat hæsitare, quoniam illa beati sit Petri.

Matth. 17

Mar. 9

Quinta eiusdem propositio quæ est in Elencho.

De Apocalypsi diu dubitatum, non dico ab hæreticis, sed ab orthodoxis uiris, qui scriptum tamen ut à spiritu sancto profectum amplectebantur, de scriptoris nomine incerti.

Censura.

Liber Apocalypsis aperte cognoscitur à beato Ioanne apostolo & euangelista editus, tum ex ecclesiæ usu, tum ex eiusdem definitione, in concilijs Carthagi. 3. atque beati Gelasij, pariterque in 4. synodo Toleta. in qua dicitur: Apocalypsis librum multorum conciliorum authoritas, & synodica sanctorum præsulum Romano. decreta, Ioannis euangelistæ esse præscribunt, & inter diuinos libros recipiendum constituerunt. Cui quidem synodo insigni doctrina præfulgens interfuit Isidorus præsul Hispalensis. Præterea ex eiusdem libri cõtextu ostenditur beatus Ioannes illius author: nam in illa scriptor esse dicitur Ioannes qui perhibuit testimonium uerbo Dei: quique ea de causa in Pathmon insulam relegatus est: quæ profecto de alio à Ioanne apostolo & euangelista nequeunt intelligi. Idem rursus contestantur, sacerrimus pater Dionysius Areopagita, beati Pauli discipulus, Innocentius I. Irenæus, Iustinus, Damasus, alijque catholici doctores & sancti

Apoc. 1

DETERMI. SCHOL. PARIEN.

Eti uiri: inter quos splendidum ecclesie iubar Augustinus hoc manifeste indicat, qui Alogios sive Alogos inter hereticos ab ecclesia damnatos connumerat, eo quod Ioanem apostolum & euangelistam negent euangelium scripsisse et Apocalypsim. Quapropter eodem modo lapsus est hic scriptor in ista propositione, ut in precedentibus propositionibus premissum dubium proponendo, pusillis prebens offendiculum, omissa explicatione determinationis ecclesie, sacrorum conciliorum, & sanctorum patrum.

Titulus 11. De symbolo apostolorum.

In prefatione in Mattheum propositio Erasmi.

Symbolum an ab apostolis proditum sit, nescio.
Censura.

Cum symbolum quod apostolorum dicitur, ab apostolis editum esse & promulgatum sit fide tenendum, teneant quoque catholici doctores. Clemens huius nominis primus in epistola ad Iacobum fratrem domini: Aug. serm. 2. dominica in ramis Palmarum, et uigilia Pentecostes: Ambrosius item & Leo primus atque alij uniformiter unumquemque apostolorum quod sensit dixisse, dum illud cederent, haec nescientia impietati deseruiens, scandalose proponitur.

Titulus 12. De translatione sanctarum scripturarum in linguam uulgarem.

Propositio Erasmi prima in prefatione eiusdem in Mattheum.

Sacras literas cupiam in omnes uerti linguas.
Censura.

Quauis in quacunque linguam uertantur sacre literae et suapte natura sanctae sint et bonae, quatenus tamen sit periculi permittere passim lectionem earum in linguam uulgarem tra-

ductarum, absq; ulla explicatione idiotis & simplicibus eis abutentibus, nec eas pie et humiliter legentibus, quales plurimi nunc reperiuntur, satis indicarūt Vualdenses, Albigenses, ac Turrelupini: qui inde occasiōe sumpta, multos errores disseminauerunt. Quare hac tēpestate perspecta hominum malitia, periculosa ac perniciosa extitit huiusmodi traductio, loquendo de omnibus scripturæ libris indifferenter: Nec sicubi paucis eēt utilis, propterea temere esset omnibus permittenda, in re nanq; ad salutem nō necessaria potius consulendū est multorū perspectui ipsam interdicens, quā paucorū utilitati eā pmittendo cum graui multitudinis incommodo: unde & iure damnata est hmōi translatio.

Propositio eiusdē 2. in præfatione in Matthæum.

Exclamant indignum facinus, si mulier uel coriarius loquatur de sacris literis.

Censura.

Recte perpensa multorum huius tēpis temeritate, indignum facinus existimandum est, qd' idiotæ et simplices suo iudicio sacras literas legant in suam linguā conuersas: et de illis disserant, aut disceptantes de earum difficultatibus tractent. Nec tamen prohibetur per hoc eis cōferre inter se de eis, quæ in concionibus publicis audierunt, ad morum correctionem, & ad cōpunctionis & deuotionis excitationē: ut magis ac magis in ipsis charitas accrescat, humilitas solida detur, atque opera carnis mortificentur.

Propositio eiusdē tertia in præfatione in Matthæum.

Me authore sacros libros leget agricola, leget et faber, leget latomus.

Censura.

Testantur sacra eloquia simplices esse tanquam paruulos, quibus authore Paulo lacte opus sit, non. n. adhuc solidam escam ferre ac digerere possunt, perfectorū siquidem Hebr. 5

Solidus est cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercita-
tos hnt sensus ad discretionem boni & mali. Quapropter
non est medium aptum hmōi simplicibus, quod indiscrimi-
natim quosuis sacros libros legant in linguā uulgare trāla-
tos: sed cōuenientissimum eis medium ecclesia cōstituit, au-
ditionem uerbi Dei, & frequentationē prædicationē eius.
Neq; eis obiter interdicit usum quorundam sacrorū libro-
rum, qui cum explicatione cōuenienti ædificationi morum
sint accōmodi, si sic tñ tales libri ab ipsis legantur pie ac so-
brie, citra supercilium et arrogantiam, ut nō inde cōueni-
prædicationes, nec à crebra uerbi dei auditione retrahantur.
Proinde hæc ppositio absq; præscripto moderamine posita
sui assertorē sanæ doctrinæ nō satis cōsentire demonstrat.

Propositio eiusdē quarta, in eadem præfatione.

Neq; Ezechielis prophetae, neq; Cantici Canticorū aut
cuiusquam librorum ueteris testamenti lectionem ulli homi-
num interdixero.

Censura.

Cū sedis apostolicæ decreto multorum talium librorū
lectio laicis iam pridem interdicta sit & eruditis in lege do-
mini apud Hebræos grauiū authorū snā prohibita fuerit
lectio dictorum librorum, atq; primi capituli Geneseos ante
te annum ætatis tricesimum, prædicta propositio temere
et imprudenter asseritur: qñ quidem eadem subest causa
inhibendi talium librorū lectionem, quæ suberat qñ decre-
tum Innocētij tertij super his cōstitutum est, cuius fragmen-
tum refertur de hæreticis in authentica, cum ex iniuncto.

Propositio eiusdem in eadē præfatione quinta.

Indecorum uel ridiculum potius uidetur q; idiote & mu-
liercule ppositaci exemplo psalmos suos & precationē dñis
cam imurmurant, cum ipsi quod sonant, non intelligant.

Hæc propositio simplices idiotas et mulierculas ab oratione uocali iuxta ritum & cōsuetudinem ecclesiæ, perpetrã trahens, ac si inutilis sit, nisi ab eis intelligatur, impia est et erronea, uiam præbens errori Bohemorũ, qui officiũ ecclesiasticũ in idiomate uulgari celebrare conati sunt. Alioquin lege ueteri indecorũ fuisset & ridiculum, simplicem populum ex dei instituto cæremônias legis obseruare quas non intelligebat: qd' asserere, est in legem & in eius latorẽ Deũ blasphemum & hæreticũ. Neq; n. per uerba orationis solum prætendit ecclesia, ut serie uerborũ illorũ erudiamur: sed ut eius fini nos cõformando, ueluti ipsius membra, diuinas laudes pronunciemus, debitas gratiarũ actiones persoluamus, & nobis necessaria ãploremus. Vnde propter talem orantiũ intentionẽ dei munere affectus inflãmentur, intellectus illuminetur, humana inopia subleuetur, atq; gratiæ & gloriæ fructu cõparetur. Quæ certũ est orãtes, per tales orationes uocales, quamuis uerba nõ intelligant, præterdere. Quẽadmodum legatus, etsi dñi sui uerba non capit, illa tñ iuxta mandatum dñi sui referens, gratum impendit obsequium & dño & ad quem mittitur. Multæ similiter prophetiæ in ecclesia cantantur, quæ quamuis à multis cantantibus non intelligantur, plurimum tñ utilis est et meritoria earum pronuntiatio & cantus. Diuinæ siquidẽ ueritati, quæ illas docuit ac reuelauit, eas cantando gratum obsequium exhibetur. Per quæ sanẽ constat, non in sola uerborum intellectu fructum orationis consistere: perniciosum quoq; esse errorem existimantium, solũ ad erudiendum intellectum fieri orationẽ uocalem: cum præcipue fiat talis oratio ad inflãmandum affectum, ut pio & deuoto aĩo in

DETERMI. SCHOL. PARIEN.

Deum, modis prædictis se erigendo, mens reficiatur, et ob
tinendo quæ petit, sua intèntione nõ frustretur: mereatur ite
dem intellectus illuminationem, quæadmodum et alia
alia aut necessaria: qui nimirũ fructus longe uberiores sunt,
quàm sola uerborum intellectio, quæ absq; excitatione ap
ctus in Deũ, parũ affert utilitatis. Quod si cõtingeret p̃la
mos in linguam uulgarem traduci, nõ propterea eorũ sen
sum simplices et idiotæ plene perciperent.

Titulus 13. De his in quibus à cõi usu ecclesie
latine Paraphrastes recedit in suis Paraphrasis.

Luce. 2

IN hoĩbus bona uoluntas, pro hoĩbus bonæ uoluntatis.
Antequã hæc uniuerſitas rerũ coelestium ac terrenarũ
conderetur, iam cum patre æterno sermo erat æternus,
utitur dictione sermo, cũ utamur dictione uerbũ, explican
do illud in principio erat uerbũ. Tres sunt in cœlo, qui testi
monium perhibent Christo, pater, sermo et sp̃s. Atq; ho
rum trium summus est cõsensus. Nos legimus, tres sunt qui
testimonium dant in cœlo, pater, uerbum, et sp̃s sanctus,
et hi tres unum sunt. Perperam aut explicat partem illam
Paraphrastes, hi tres unum sunt, detrahendo maximo testi
monio fidei de unitate substantiæ in tribus personis, arsan
præbens defensionis erroris Arrij. Designauit dñs e nume
ro discipulorũ septuaginta: ubi septuaginta duos legimus.

Ioan. 1

1. Ioan. 3

Luc. 10

Luc. 24

Matt. 26

Mar. 14

Ioan. uli.

1. cor. 15

præbens defensionis erroris Arrij. Designauit dñs e nume
ro discipulorũ septuaginta: ubi septuaginta duos legimus.
Unus e discipulis, cui nomen Cleopas. Legimus autem
Cleopas.
Hoc est corpus meum, qd' pro uobis frangitur: ubi nos
legimus, hoc est corpus meũ, quod pro uobis tradetur. Si
hunc uelim manere donec ipse ueniã, qd id tua refert? Nos
uero legimus: Sic eũ uolo manere donec ueniã, quid ad tel
Doceo uos quomodo rediuuius multis se cõspiciendum

præbuerit, primum Cephæ. Deinde duodecim illis, ponit
duodecim, cum legamus undecim.

Nos omnes morituri sumus, cū fortasse dies ille aliquot
nostrum uiuos deprehendet: sed tamen omnes immortalita-
tis gloria immutabimur, qui hic pietatis studio quoquo mo-
do meditatur immortalitatem, abstinentes à peccati con-
tagio. Ex his in Paraphrasi positis, patet Erasmus legere,
non omnes quidem dormiemus, oēs tamen immutabimur.
Nos uerò contra legimus, oēs quidem resurgemus, sed non
oēs immutabimur. Germana coniunx, pro germane cōpar.

Solomon pro Salomon: Paracletus pro paraclitus: Ser-
uator pro Saluator: Caparnaum pro Capharnaum: Spiri-
tus fatidicus, ubi solet dicit spiritus propheticus: Bethesda
pro Bethsaida: Betabara pro Betania: Mileto pro Miletu.

Censura.

In his & in alijs huius generis non paucis, Latinis ho-
minibus scribens Paraphrastes, temerarie ab usu cōmuni ec-
clesiæ Latinæ recedit: quem seruare debuerat, uestigijs in-
herendo præcedentium patrum Latinorū, Gregorij, Leo-
nis, Prosperi, Cassiodori, Isidori, Bedæ, Alcuini, Haymo-
nis, Rabani, Anselmi, Bernardi, Ruperti, Hugonis, ac Ri-
cardi de sancto Victore & cæterorum: qui suum semper iu-
diciū ecclesiasticæ cōsuetudini, ut humilis suadebat chari-
tas, accommodarunt atq; submiserunt: nihil attentare ausi,
unde quoquo modo posset ecclesia perturbari, pro eximia
siquidem sua sapientia norant uiri illi eruditissimi, qd' post
incōparabilem B. Hieronymi in sanctis scripturis laborem,
uetus Latinæ ecclesiæ usus magno eruditorū cōsensu tot
seculis probatus, & præclaris catholicorum doctorū com-
mētarijs illustratus, Latinis hominibus pro lege habendus

DETERMI. SCHOL. PARIEN.
esset, & norma loquendi in sacris eloquijs, neque per hoc
Græcis et hebraicis literis quicquam detraheretur, sed sua
cuiq; mos & ordo seruaretur.

Titulus 14. De quibusdam ppositionibus,
quæ positæ uidentur ex inaduertentia uel Para
phrastæ uel Typographorum.

Propositio prima. Matth. 2.

Christus Hierosolymæ circuncisus est.

Censura.

Remouenda dictio Hierosolymæ.

Propositio secunda. Matth. 10.

Quinto loco nomina apostolorum erant Iacobus Alpha
filius, unâ cū Iuda Iacobi filio. Censura.

Pro filio dicendum fratre. Non enim Iudas Iacobi filius
fuit, sed frater.

Tertia propositio. Luc. 2.

Cum adesset dies à partu quadragesimus secundus, quo
lex masculinum foetum iubet exhiberi domino.

Censura.

Leui. 12

Deponenda est dictio, secundus, iuxta legem enim ma
sculus in templo debuit domino offerri quadragesimo die
à partu, non quadragesimo secundo.

Quarta propositio. Luc. 2.

Cunctis tandem rite peractis, quæ ad purificationem præ
scripserat lex, reuersi sunt in Bethleem, ubi natus est puer.

Censura.

Luc. 2

Bethleem positum est pro Nazareth, nec addi debuit,
ubi natus erat puer: cū ista scribat Lucas: Et ut perferrent
omnia secundum legem domini, reuersi sunt in Galileam,
in ciuitatem suam Nazareth.

Quinta propositio. Luc. 4.

Naaman Syrus ter mergi in Iordane obtemperavit.

4. Reg. 5

Censura.

Ter dixit, cum septies ab Heliseo mergi iussus sit.

Sexta propositio. Matth. 27.

Cæteris quidem perseverarunt illic duæ, Maria Magda-
lene & altera quædam e regione sepulchri.

Censura.

Subtrahendum est illud, cæteris quidem digressus, cum Luc. 24.
monstret Lucas alias mulieres ab istis duabus monumen-
tum inuississe.

Septima propositio. Ioannis. 1.

Philippus professus est eadem de Christo, quæ postea
Petrus professus est.

Censura.

Pro Philippo reponendum est Nathanael. Nec tñ oïno ea- 1. Ioan. 1
de de Christo Nathanael professus est q̄ Petrus apostolus.

Octava propositio. Philip. 3.

Ego Paulus Iudæus sum, ex Iudæis oriundus, nec e qua-
uis tribu, uerum præcipua, nempe Benjamin, unde & sacer-
dotes constituuntur.

Censura.

Aliquid ibi deesse certum est, nec enim tribus Benjamin
præcipua est inter tribus filiorum Israel, sed tribus Iuda. Nec Deut. 4
ex tribu Benjamin sacerdotes cõstituuntur, sed ex tribu Le-
ui. Porro quod in sequenti editione huiusmodi errata scri-
ptor emendavit, comprobamus.

Titulus 15. De quibusdã ppositionibus, in qui-
bus nõ satis officio Paraphrastę scriptor iste rñdit.

Propositio prima. Matth. 19.

Quisquis uxorem dimiserit, & duxerit aliã, adul-
terium cõmittit, nisi forte quam repudiat, adul-

DETERMI. SCHOL. PARIEN.
terio commeruit repudium.

Secunda propositio. Matth. 24.

Diem et horam ultimi iudicij, nec ipse filius hominis no-
uit, hoc soli sibi seruauit pater.

Tertia propositio. Roma. 8.

Spiritus Dei etiamsi fileamus, tñ pro nobis interpella-
deū, idq; nō humano more, sed gemitibus inenarrabilibus.

Quarta propositio. Roma. 8.

Iste spiritus quoties interpellat pro sanctis indolefcens
super illorum malis, nō iuxta humanum affectum interpel-
lat, sed iuxta Dei uoluntatem. Censura.

In his quatuor ppositionibus Paraphrastæ officina-
nus recte fungitur scriptor iste in sua Paraphrasi, que uol-
sensum deberet aperire, illum non aperit, cum tñ per alios
catholicos doctores clare explicetur. Nam certū est, quan-
tum ad primam, nō licere uiro ducere uxorem, etiam pro-
pria eius adulterante, cum omne uinculum matrimonij in-
ter fideles sit indissolubile, nisi interueniat religionis solenne
uotum post matrimonium ratum, sed non consummatum.
1. cor. 7
Matth. 24
Ioan. 18
Ioan. 5
Rom. 8
Quantum uerò ad secundam, certum est diem et horam ul-
timi iudicij nosse filium hoīs secundum humanitatem, cum
ipse sciret omnia, que uentura erant super eum, & dederit
pater omne iudicium filio, ut filius hominis est, licet illud
non dederit, ut ante constitutum tempus passim hominibus
dies & hora illa iudicij reueletur. Quantum autem ad terti-
tam & quartam, ideo orare dicitur spiritus sanctus et in-
gemiscere, quòd sua gratia fideles orantes reddat, & inge-
misescentes pro suis iniquitatibus & peccatis: aut ob alias piis
& iustas causas, ut uniformis est catholicorum doctorum
explicatio & sententia.

Titulu

Propositio prima in Elencho Annota. 192.

Merita uix potest constituere Augustinus.

Censura.

Merita nomine operis Christus constituit, dum Matt. 26
inquit: Voca operarios & redde illis mercedem. Et apo= 1. cor. 3
stolus noīe laboris dicēs: Vnusquisq; propriam mercedem
accipiet secundum suum laborem. Et sapiens in Prouerbijs
nomine iustitię inquiring: Seminanti fiduciam merces fide= Prouer. 11
lis. Merita rursus nomine meriti constituit Apostolus his Hebr. 13
uerbis: Beneficentię et cōmunionis nolite obliuisci, talibus
enim hostijs promeretur Deus. Et Sapiens in ecclesiastico
hoc uerborum cōtextu: Misericordia faciet locum unicuiq; Eccle. 16
secundum meritum operum suorū. Et post eos cōformiter
ad ceteros catholicos doctores Augustinus meritum asse=
rens constare ex libero arbitrio uertibili, & diuina gratia,
ut sit meritum opus & gratię, & liberi arbitrij uertibilis.
Hęc itaq; propositio, quatenus per eā prætenditur B. Au=
gustinum nō aperte & certo cōstituere merita, est manife=
ste falsa, & ad impiam accedit doctrinam Lutheri de fi=
de & operibus.

Propositio secunda in præfatione in Lucam.

Christus liberat uniuersos ab omnibus animarum mor=
bis, tantum ut morbum agnoscamus & fidamus medico.

Tertia propositio.

Apostoli denunciabant omnibus ut pœnitentiam age=
rēt ante actorum malorum, ne quisquam fideret suis factis,
sed tantum promissis euangelicis.

Quarta propositio. Marc. 11.

Deus à peccatoribus nec holocaustomata requirit, nec

C

donaria, tantum agnosce morbum & confide de medico
Censura.

Quoniam plurimū cōfert ad impetrādum à Deo, qd
petitur, ardor fidei & simplex ac pura fiducia in Christo
& eius promissis: illa tñ non sufficiunt, nisi addantur bona
opera. Quare hæ tres propositiones. quantum ad tres vici-
mas earum partes, qbus prætendunt sufficere ad salutem ta-
lem fiduciam in Christo & eius promissis absq; bonis ope-
ribus dum fieri possunt, hæresi Ltheranæ de fide & ope-
bus adstipulantur.

Quinta propositio. Luc. 5.

Christus nullum aliud exigit sacrificium, quàm sum-
mam erga se fiduciam.

Sexta propositio. Marc. 2.

Satis sacrificavit, qui se cum plena fiducia ostendit.

Censura.

Cum euangelista hoc loco de sacrificio nihil dicat, si per
has duas propositiones intelligatur, qd' per hoc qd' Chris-
tus fecit authoritate excellentiæ non requiruntur in nobis
bona opera & satisfactio ad dimissionem peccatorum pro
peccatis post baptismum perpetratis, hæreticæ sunt: cum se-
de tenendum sit, peccatores debere satisfacere pro peccatis,
quæ post baptismum cōmiscere, iuxta diuinæ iustitiæ dete-
ctum. Alioqui pro animabus fidelium defunctorum minime
oraret ecclesia catholica, neq; post hanc uitam ponendum
esset purgatorium.

Septima propositio. Matth. 19.

Nullum est opus hoīs ita bonū, ut mereatur premium
æternæ uitæ.

Censura.

Quamuis uita æterna suapte natura tantum sit bonum

ut absq; diuina gratia non posset quis illam mereri, asserere
 tñ hoïem cum diuina gratia illam nō posse promereri, est
 hereticū & sanctis scripturis cōtrarium, quæ ostēdunt per
 obseruationē diuinorum mandatorū perueniri ad uitā æter
 nam, iuxta uerbum Christi: Si uis ad uitā ingredi: serua mā Matth. 19
 data. Cum & Apostolus asserat hoïes per beneficentiā & Hebræ. 13
 communionē Deum promereri. Et Sapiens de quibusdam Sap. 3
 sanctis uiris dicat: Tentauit Deus illos et inuenit dignos se.

Propositio octaua. Marci 10.

Qui præmij causa certat, non certaturus nisi sciat dan
 dum præmium, in seipsum præmio frustratur.

Censura.

Tametsi principalis Dei amore quàm præmij debent
 hoïes certare & bene operari, licitum est tñ eos præmio
 moueri ad bene operandum & certandum cōtra tentatio
 nes: & oppositū asserere erroneum est & scripturæ aduer
 satur. Scribit enim Apostolus: Debet in spe, qui arat, ara= 1. cor. 9
 re: & qui triturat, in spe fructus percipiēdi. Probantur et Matth. 19
 à Christo Eunuchi, qui se castrauerūt propter regnum cœ
 lorum. Et inclinauit regius propheta cor suum ad facien= Psal. 128
 das iustificationes propter retributionem.

Titulus 17. De fiducia bonorum
 operum & meritorum.

Propositio prima. In fine Diatribæ.

Lutherus pie quidem ac christiane disseruit de fidu
 cia meritorum, operum & uirium nostrarum, ac de
 tota fiducia transferenda in Deum et eius promissa.

Censura.

De abiicienda fiducia operum & meritorum impie ac
 heretice disseruisse Lutherū exploratum est. De illis nāq;

1. cor. 5
10 an. 5

2. cor. 9

1. Timo. 4

2. Pet. 1

.cor. 15

Roma. 2

Matt. 10

ita differuit, ut minime ueritus sit bona opera & merita pa-
riter & fiduciam in illis sub Deo repositam damnare, que
multis in locis sacra eloquia comprobant. Docent enim ho-
mines post hanc uitam relatuos, quæ gesserunt in corpo-
re, siue bona fuerint siue mala, & processuros in resurre-
ctionem uitæ eos, qui bona fecerint, in resurrectionem ue-
rò iudicij eos, qui mala. Excitant etiã eadem sacra eloquia
christianis duplici nomine facere ac multiplicare bona ope-
ra, tum ut seminantes non parce in hac uita diuites fiant in
bonis operibus, ac benedictionem postea demetant: tum ut
per illa certitudinem acquirant suæ uocationis & electio-
nis. Fideles nêpe ita exhortatur beatus Petrus: Satagent
per bona opera certam uestrã uocationẽ & electionem sa-
ciatis. Hoc. n. facientes non peccabitis aliqui. Quod si certi
redditur hoies de sua uocatione & electione bene operan-
do, non utiq; diffidunt, sed certam hñt fiduciam, quòd non
sit futurus suus labor inutilis apud Deum, qui eos non salu-
lit, dum bona æterna pollicetur bene operantibus. Hinc sa-
nè patet, quod in bonis operibus tanquam in medijs ad sa-
lutem necessarijs cum Dei gratia recte fiduciam sub Deo fi-
deles reponunt. Quare appositæ snæ subscribès Erasmus
turpiter aberrat, & temerarie scandalizat legentes.

Propositio secunda, quæ est in Elencho.

Periculum est meritis fidere. Censura.

Cum redditurus sit unicuiq; Deus iuxta opera sua, de-
bent fideles securi esse quod si perseuerauerint bene agen-
do, et diuina mandata custodiendo, consequentur uitã eter-
nam. Hoc. n. includit ratio spei, proinde meritis hoc modo
fidere non solum possunt, sed etiam tenentur, alioqui nõ spe-
rarent. Quare erroneum est asserere, quòd periculum si

hoc pacto meritis fidere. Nec tamen ea fiducia gratiam & misericordiam Dei excludit, per quas merentur homines & ad uitam æternam acceptantur, longe siquidem abest huiusmodi fiducia à præsumptione & ingratitude. Deo enim omnia bona opera adscribit, ut præcipuo authori, & fructum meritorum maxime collocat in diuina misericordia, non in proprijs meritis aut in humana iustitia, quæ nullius est momenti seclusa diuina misericordia. Licet cum illa ad salutem ex Dei decreto requirantur humana opera, quæ nihilominus Dei donum sunt. Neq; tamen ullum est opus hominis, quo regulariter & absolute, & absq; conditione futuræ perseverantiæ ipse securus esse possit de salute citra reuelationem.

Propositio tertia ex libello de Misericordia Dei.

Quantis malis patent, qui fiduciam posuerunt in meritis ac factis suis.

Propositio quarta.

Domine ut scuto bonæ uoluntatis tuæ coronasti nos. P^{sal.} 5

Cum audis (ait Erasmus) bonæ uoluntatis, intelligit excludi fiduciam meritorum.

Censura.

Duplicem esse fiduciam meritorum exploratum est, alteram peruersam & excludendam, eam uidelicet, quæ plus suæ iustitiæ & meritis tribuit, quàm diuinæ gratiæ aut misericordiæ, quæ arrogata intumescens alios contemnit, quasi à se & à sua uirtute merita habeat, non Dei gratiæ & misericordiæ. Ingratitudine quoq; languescit, minime gratias agens Deo omnium bonorum largitori, dum non attendit quod præcipuus sit author meritorum, bonarum cogitatio num, affectuum ac operationū. Neq; enim (ut scribit Apo 2. cor. 2 stolus) sufficientes sumus aliquid cogitare à nobis tanquam

DETERMI. SCHOL. PARIEN.

ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui operatur in nobis uelle & perficere. Qui tamen sic illa in nobis operatur, ut & nos cum eo operemur. Quod monstrans apostolus, asserit non fore inanem laborem fidelium, sed etiam monet ne in uacuum gratiam Dei recipiant. In se istam gratiam Dei uacuum non fuisse dicit, sed secum laborantem. Unde patet hominis uoluntatem in bonis operibus habere actionem, quamuis primatum bonorum operum & principalem actionem Deo & gratiæ eius deberi certum sit, non humane uoluntati, aut libero arbitrio, quem sibi adscribit hæc uana, impia, ingrata, & presumptuosa fiducia meritorum aut bonorum operum, maxime à se elongat fontem uinæ misericordiæ, et ideo excludenda est. Altera est autem fiducia meritorum & bonorum operum, pia, humilis nec ingrata. Quæ antea in secunda propositione huius tituli plene explicata est, hæc autem non modo utilis est omnibus christianis adultis, sed & necessaria. Obligantur enim fideles adulti, credere bona opera cum Dei gratia esse necessaria et requisita ad habendum uitam æternam. Obligantur quoque desiderare eandem uitam æternam, & ponere eiusmodi bona opera ad eandem comparandam. Iudicare etiam tenentur, quod Deus benedictus illa bona opera premiabit sicut ipse decreuit, & patet per scripturas. Hoc clare explicat Apostolus, nam cum in uniuersali sua bona opera præsummaui, fidem seruauit, mox subiungit: In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Et ne quis putaret solis bonis operibus suis reddendam mercedem, beatæ immortalitatis coronam, subdit, non solum sibi illam tribuendam, sed & his qui illi

Philip. 2
2. COR. 15.
2. COR. 1

1. Timo. 4

gunt aduentum domini, hoc est, fidelibus bene in hac uita laborantibus, qui domini expectant aduentum. Proinde debent fideles iuxta definitionem apostoli in hac uita bene operari, & bene operando, certo à domino mercedem expectare, alioqui fiducia spei catholice carerent, sine qua non saluantur adulti. Quapropter si præfatæ propositiones huiusmodi fiduciam meritorum & bonorum operum respiciant & inficiantur, Lutheri impietati suffragantur: secus autem si de prima fiducia intelligantur, quæ, ut dictum est, omnino est abiicienda.

Titulus 18. De fiducia corporalium ceremoniarum & statutorum religionis.

Propositio prima in Elencho.

Quo magis hæremus corporalibus ceremonijs, hoc magis uergimus ad iudaismum.

Censura.

Etsi in operibus & corporalibus ceremonijs non ita sciendum est, ut spiritualia, in quibus perfectio consistit, postponantur, in illis tamen suo gradu sub deo fiduciam habere debemus, illaque tanquam arma ad militandum contra spirituales hostes assumere, prout Christus docuit & sancti patres tradiderunt. Neque plane existimandæ sunt ceremoniæ ab ecclesia aut sanctis patribus institutæ ad iudaismum uergere, qui iam obsoleuit & abrogatus est, ut abrogandum prorsus propheta prædixerunt. Quod autem arbitrantur ecclesiam aut sanctos patres rursus iudaicas ceremonias instituire, non Christiani credendi sunt, sed impij hæretici Ariani, Vuiclefiste, aut Lutherani, aut eodem fermento malitiæ corrupti. Pertinent enim ecclesiæ ceremoniæ ex sua ratione ad eminentem uirtutem, utpote ad religionem, & eas

DETERMI. SCHOL. PARIEN.

Deo exhibentes, aut ijs quæ ad ipsum spectant, nullum peccatum admittunt, sed uirtutem præstant ac pietatis officium exercent. Nec grauat ecclesia fideles Iudaicis obseruationibus cæremonias præscribens, sed econtrario illorum hæc hoc nomine subleuat, quibus salutarem sese præbet uia-
ducem atq; directricem, sicut qui leges utiles præscribit populo nutanti & præcipiti, non populum onerant, sed leuant modum uiuendiq; rationes commensurantes. Proinde præscripta propositio loquendo de fiducia in corporalibus cæremonijs, ut prædictum est, impia est & hæretica, cum errore conueniens Aerij, Vuiclefi et Lutheri, qui erro-

1. Timo. 4 peruerso loci illius scripturæ intellectu decerpitur: Corporalis exercitatio ad modicum utilis est: per quem non huiusmodi corporales cæremonias intendit Apostolus nihil ducere, si ad pietatem & diuinum cultum ordinentur: secus autem si per se & solitarie assumantur, nulla habita ratione pietatis, neq; ad eam ordinentur.

Propositio secunda in Elencho.

Opto omnes esse tales, ut corporalibus cæremonijs nõ egeant admodum, aut non ita multum tribuant.

Censura.

1. cor. 13

Roma. 1

Per speculum & in ænigmate Deum uident fideles in hac uita, & ad inuisibilia ducuntur per uisibilia, nec solum interiorem & inuisibilem, sed exteriorem & uisibilem Deo, qui dominus est corporum sicut & spirituum, tenentur exhibere famulatum seu cultum, qui cæremoniarum nomine solet designari. Ideoq; pro huius uitæ statu egent omnes cæremonijs, siue uisibili Dei cultu. Quãobrem qui huiusmodi cæremonijs detrectant, temerarij christianæ religionis uoluntarios detractores censeri debent: quemadmodum hoc desiderium

ius scriptoris in hac propositione, quod ex eadem propo-
sitionis sententia proficiscitur, ex quo ppositio pæcedens.

Propositio tertia in Elencho.

Si pæfules instituerunt aliquid Iudaicæ obseruationis
propter infirmos, non damno. Censura.

Hæc propositio innuens cæremonias & obseruationes
ab ecclesia aut à sanctis patribus institutas esse Iudaicas, &
solis infirmis conuenire, impia est, ecclesiæ iniuria, & ex
erroneo scripturæ sensu, ut pæcedentes, depröpta. Quod
autem huiusmodi cæremonia, aut obseruationes ecclesiæ,
aut sanctorum patrum non sint Iudaicæ, satis prius mon-
stratum est: sed quod non solis infirmis & imperfectis com-
petant, aperte demöstratur. Adam siquidem perfectus crea Gene. 1
tus est, & tamen certum cibi genus illi à domino est pæscri-
ptum. Perfecti itidem fuerunt apostoli, qui crebro ieiunijs
uacabant, uigilijs & orationibus, à certis quoq; cibis absti-
nebant, ut à suffocato & sanguine. Vnde patet quam pesti Actu. 15
lens sit hæc doctrina, asserens pfectos in uia nõ egere hmöi
corporalibus cæremonijs, quæ certe ad errorem spectat Be-
gardorum, qui iure in concilio Vienensti reprobatus est.

Propositio quarta. Marci 2.

Meis discipulis (ait Christus) nihil istarum rerum præ-
scribo, his uescere, his abstinere, nunc quiesce, nunc labora, sic
uescere hoc, ne contingas illud, ne cõtrectes: ne semper ma-
neant imbecilles, si me pæceptore semel didicerint huius
modi rebus corporalibus fidere. Censura.

De hac propositione, quantum ad primam partem, di-
citur, quod quamuis Christus ista uniuersaliter nõ præscri-
pserit, horum tamen aliqua præscribenda per Petrum, reli-
quos apostolos, & eorum successores ad ecclesiæ reliquit

LUC. 10

DE TERMI. SCHOL. PARIEN.

ædificationem, dicens: Qui uos audit, me audit, et qui uos spernit, me spernit. Quantum uerò ad secundam partem, uidelicet ne semper maneant imbecilles, quatenus inuitibus iusmodi rebus ueluti uirtutis adminiculis fidentes redduntur imbecilles & minus spirituales, falsa est & ecclesiæ iniuria, quæ talia à spiritu sancto directæ ad hoc constituit, ut per illa fideles in spiritu proficiant et uirtute, conuenientiusque facilius diuina præcepta adimpleant.

Propositio quinta, Luc. 19.

Alius ostendit aliquem è phariseorum genere & dicit: Aspice hic est Christus. Alius rursus indicat alium capillo pallio & dicit: Ecce hic est Christus. Alius diuersos indicans colores & formas uestium clamat: Hic est Christus. Alius demonstrat uescentem piscibus & dicit: Hic est Christus. Alius spadonem ostendit & dicit: Hic est Christus. O Iudaicum & incredulum genus. Vis uidere Iesum? Conscende arborem, sime tibi oculos Zachæi.

Censura.

Quamuis certum sit non esse talem adhibendam fiduciam institutorum religionis obseruationi, qualem diuinis præceptis, tamen non est contemnenda, sed magni faciendæ sunt huiusmodi instituta religionum, quæ ad puritatem mentis, feruentiorem Dei amorem, & faciliorem diuinorum præceptorum adimplerentem ordinantur, per quorum obseruationem multas uirtutes comparari, & pleraque uitia cohiberi constat. Hac autem propositione scriptor hic talibus religionum institutis de diuersitate habituum, de abstinentiâ à carnibus & coelibatu astute, sed impudenter & impie uidetur insultare, cum illa semper habuerit in principio ecclesiæ catholica, & dānauerit tam pia ac tam sancta instituta car-

pentis, aut illis quoquo modo detrahentes.

Propositio sexta. Marci 2.

Recte negligitur color aut forma uestis, quoties id comodum est homini. Censura.

Hec propositio innuens unicuique licere suum habitum relinquere, quoties id illi comodum uisum fuerit, ecclesiasticam & monasticam uitam dissoluit, ac sanctorum patrum ac pontificum & conciliorum institutis est iniuria.

Titulus 19. De oratione uocali.

Propositio prima in Elencho. Annota. 64.

Christus in orando damnat multiloquium.

Censura.

Hec propositio significans Christum orationem damnasse prolixam seu multa uerba amplectentem, erronea est, & a sana scripturae intelligentia aliena. Non enim dicitur *Matt. 6* natur omne multiloquiū in oratione, sed illud quod ex infidelitate procedit, existimans Deum non aliter audire aut intelligere orantes, nisi multiloquio utantur. Quod explicans Christus nō dicit solum. Nolite multum loqui, sed adiungit, sicut ethnici faciunt, putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Docent etiam sancti in gloria non dānantur multiloquium in oratione, nam post iudiciū non cessabunt Deum laudare, non solum mente, sed & lingua. *Psal. 83*

Propositio secunda in Anno. Matth. 6.

Cantiuncularum, clamorum, murmurum ac bomborum ubique plus satis est, siquid ista delectent superos.

Censura.

Volens ecclesia militans utcumque se conformare ecclesie triumphanti, in qua sancti non cessant clamare iugiter. *San Apoca. 4* ctus, Sanctus, Sanctus, dantes gloriam, laudē & honorem

uiuenti in secula seculorum, solennes templorum cātus insti-
 tuit, quibus diuinæ laudes assiduo depromuntur & popu-
 lorum deuotio excitatur, ut pro suo modulo more superne
 Hierusalem, ad quam continuo aspirat, in terris positū
 tetur. Hoc ut faceret suasis multitudo illa militiae coelestis,
 Luce. 2 que Christo nato Deum laudans uoce sublimi cātavit: Glo-
 Matth. 21 ria in excelsis Deo. Suasis & Christo probatus puerorum
 clamor in laudem Christi erumpentium & dicentium: Osa-
 Mar. 14 na filio David, Benedictus qui uenit in noīe domini. Suasis
 & ipse Christus, qui priusquā in montem oliueti egredere-
 tur passurus, tanquā grauiſſimum Deo approbaturus mi-
 ſterium, hymnum dixit. Hymnus autem, ut probati testan-
 tur authores, non aliud est quā laus Dei cum cātico. Non
 enim laus sufficit, ut hymnus uocetur, nisi laus Dei sit &
 decantetur. Cantauit itaq; uocaliter Christus hymnum tra-
 dens formam ecclesie decantandi diuinis laudes: nec solus
 cantauit, sed cum apostolis, quos terrarum orbis in suum lo-
 cum uicarios constituebat, ut id faciendum esse ecclesie do-
 cerent. Suasis & Paulus et Sylas, qui in carcere positi tam
 Actu. 16 alta uoce Deū laudabant, ut audirent qui in custodia erant.
 Vnde & terræ motu factō, motisq; carceris fundamentis,
 aperta sunt ostia, et soluta captiuorum uincula, id quod ma-
 gnope placere Deo hymnos ac diuinis laudes ostēdit: pra-
 fertim ubi altis uocibus cantantur, cum tantæ efficacis fue-
 rint deprompti huiusmodi hymni ac laudes diuinæ à Paulo
 & Sylā. Suasis demum mos antiquissimus ab exordio eccle-
 sies ab apostolis inductus, quo hymni à christianis simul
 congregatis solebant decātari, interdum etiam ante lucem.
 Nec abs re sanè usum accepit ecclesia catholica decantandi
 hymnos, seu diuinis laudes, cum huiusmodi hymni ac Dei

et sanctorum laudes decantatae mentes ad superna erigant, inflamment ad diuinam dilectionem, moueant ad compunctionem, excitent ad contemptum terrenorum et ad comparandas uirtutes prouocent. Haec itaque attendens ecclesia in spiritu dei instructa, musicam in sacras aedes inuexit, uocum harmoniam atque suauitatem ad pelliciendos animos in sanctimoniam et pietatem non reiecit, solennes templorum cantus minime aspernata est, si tamen cantus illi pij sint ac christiani, non uani, lasciuui aut impudici, neque tantum uocum fractione redudent, quo uoces diuinarum laudum, quae cantantur, facile ab audientibus (prout iure cauetur) percipiantur. Nec pertimescit in his ecclesia pharisaicum scandalum Arianorum, Vuiclistarum, Lutheranorum, aut quorumcumque hereticorum, qui laudes Christi et sanctorum suum arbitrantur opprobrium, sua uerbera, suos cruciatus: sed nouit tale hereticorum scandalum parui pendendum. Caeci enim sunt et duces caecorum. Quamobrem haec propositio inuens solennes templorum cantus, et genus illud musicae operosae, et multa uocum uarietate aures animosque demulcentis non esse Deo et sanctis accepta, falso, temerarie et impie asseritur, et damnatio praefatorum hereticorum errori suffragatur.

Propositio tertia in Annotationibus.

1. Corinthiorum. 14.

Quid aliud auditur in monasterijs, in collegijs, in templis, quam uocum strepitus?

Quarta propositio.

Vulgus non aliud audit quam uoces non significantes.

Quinta propositio.

Obsecro quid sentiunt de Christo, qui illum credunt hu

DE TERMI. SCHOL. PARISIEN.
iusmodi uocum strepitu delectari?

Censura.

Hæ tres propositiones quatenus prætendunt nullam cõmoditatem cantantibus clericis diuinas laudes provenire, nec similiter audientibus populis, nisi quid per uoces significetur intelligant, nec Deum huiusmodi cantu delectari, impie sunt & à catholica ueritate alienæ. Nam si cæremonias ueteris legis scribæ & pharisæi, nec non & simplices utiliter obseruabant, eo quod ad pietatem seu diuinum cultum eas ordinabant: quamuis quid illæ significarent, non perciperent, pari utique ratione magno cum fructu succedunt decantatæ diuinæ laudes, & cantica ecclesiasticis, qui ea concinunt, & plebibus assistentibus, licet ea minime intelligant, cum sit communis intentio omnium hæc depromere, hæc audire, his assistere, ad Dei gloriam, laudem & honorem & gratiam super acceptis muneribus persoluerdas, ad obtinenda à Deo, quæ uitæ præsentis conducant & futuræ, quæ nimirum intentio magnopere Deo grata est.

Deute.6

Nam si cor hominis Deus maxime requirit, quid magis gratum illi esse poterit, quàm quod homo pro affectu ipsam laudare, reuereri, amare, appreciari laboret, ac libenter laudibus eius assistat? Nulla profecto uerborum intelligentia cum hac pia intentione potest conferri, quam habere solent etiam simplices ineruditi.

Propositio sexta in Annotationibus.

1. Corinthiorum. 14.

Cur dubitat ecclesia tantum authorem sequi, aut cur illi det ab eo dissentire? de Paulo loquitur.

Censura.

De hac propositione prætendente quod tres præceden

tes, idem dicendum est, quod de illis: nisi quod ultra illas
 addit ecclesiam à Paulo dissentire, dum in templis cantus ce-
 lebrat publice, quorum uerba à populis non intelliguntur,
 quod falsum est, scribens tamen Paulus: In ecclesia uolo 1. COR. 14.
 quinque uerba sensu meo loqui: quàm decem milia uerbo-
 rum in lingua: de concionibus seu sermonibus, qui habentur
 ad populum tractat, in quibus inutilis est copia uerbo-
 rum non intellectorum, non de cantibus ecclesiasticis, quo-
 rum alia est ratio, ut in præcedenti censura monstratum
 est. Proinde prudenter censuit ecclesia, diuina officia lin-
 gua Latina celebranda. Non enim opus est ut populi uer-
 ba intelligant, quæ decantant, cum illis ad spiritualem pro-
 fectionem abunde sufficiat pia illa suprascripta intentio seruien-
 di Deo, laudandi Deum, reuerendi animi ac diligendi. Nec
 perpensa impudenti multorum temeritate atque arrogan-
 tia expedit huiusmodi diuina officia de uerbo ad uerbum
 in linguam uernaculam transferri, & sic translata in sa-
 cris edibus decantari. Nam ea res non in populorum cede-
 ret edificationem, sed perniciem, ut crebro docuit experien-
 tia. Populi enim in ecclesia ueluti paruuli sunt, qui lacte
 egent, non solido cibo. At uerò quemadmodum ubi alun-
 tur infantes pane & alijs cibis grossioribus, letalis sensine
 morbus in illis irrepit, quoniam solidiores escas ferre ne-
 queant aut digerere: ita consimiliter si uerba nuda scri-
 pturarum sanctarum lingua uulgari populis proponan-
 tur, ac in templis decantentur, quæ ueluti fortiores cibi &
 ad digerendum difficillimi locum tenent, degrauan-
 tur, deprimuntur, et sæpe in hæreses plabun-
 tur, scandala et schismata, ut hodie in
 plerisq; locis euenisse constat.

Quoniam in episcopo pudicitia magna habet commendationem, si non continget, qui uoluptatem hanc in totum contemnat, illud erit spectandum, ut fuerit, aut sit unius uxoris maritus.

Censura.

Cum in ecclesia Occidentali uoluntarie ad continentiam uiuendum sacerdotes accipientes sacros ordines se sollemniter adstringat, consilium hoc ordinationi ecclesie Latine de coelibatu sacerdotum derogans, ac si melius esset uel sanctionem non fuisse constitutam, impium est, splendori uel dignitati ecclesiasticae aduersum, & de damnata Viclefii & Lutheri doctrina desumitur. Potest nanque quilibet, qui ad continentiam sua sponte se deuinxit, cum Dei adiutorio se continere.

Propositio secunda in Elencho.

Annota. 97.

Hodie ducunt apud Græcos episcopi uxores, etiam post susceptum ordinem.

Censura.

Hæc propositio temere assertitur.

Propositio ex libro de interdicto esu carniuum.

Multæ causæ suadent mutationem legis coelibatus in ecclesiasticis.

Censura.

Hæc propositio quatenus præ tendit causas mutationis huiusmodi legis ualidas esse, falsa est, uehementer scædalo-
sa, & in ecclesia sancta schismatis Lutherani ac heresis eiusdem impie nutritiua. Multæ enim sunt et efficaces causæ se impellentes ad sanctam legis coelibatus sacerdotum obseruationem

seruationem retinendam & nullatenus mutandam, & nul-
 lae (quae quidem iustae sint) ad oppositum. Nam si diuino
 cultui deputatis in lege ueteri, cuius sacramenta umbræ tan-
 tum erant sacramentorum nouæ legis, in ordine uicis sua
 altari deseruientibus necessarium erat continere, cum ta-
 men ipsi per successionem generationis ministrare altari ad-
 stringerentur, nec in sua esset libertate hoc officium recusa-
 re, eos enim necesse erat huiusmodi diuini obire, qui de Le-
 uitica fuissent tribu exorti, potiori utique ratione ministris
 altaris competit continentia. Non enim ut illi per genera-
 tionem assumuntur, sed per liberam uoluntatis electionem.
 Nam nequaquam sacros ordines suscipere quispiam com-
 pellitur, sed qui uult ordinatur: qui respuit, ad illud non ad-
 stringitur. Spontanea autem uoluntate sacros ordines susci-
 pientibus sapienter spiritu sancto suggerente continentiam
 ecclesia adiecit, habita praesertim ratione usque adeo prae-
 cellentis dignitatis tantorum sacramentorum, quibus nihil
 sanctius, nihil spiritualius, nihil diuinius. Quapropter qui
 illis deputantur, par est spirituales sint & à carnalibus de-
 siderijs, eorumque occasionibus & fomentis maxime elon-
 gentur, ut casto animo ac incontaminato corpore sanctam
 & immaculatam hostiam offerre mereantur, neque admi-
 randa illa & tremenda attrectent mysteria, qui non eximia
 pollent sanctimonia. Huc accedit, quod qui uitam coelibem
 agunt, externa occupatione aut uxoris, liberorumue soli-
 tudine minime praepediuntur, quo minus sacrae lectioni,
 orationi, meditationi, cæterisque id genus uitæ contemplati-
 uae officijs uacent liberius. Si autem uxores ducerent, qui
 sacros ordines suscipiunt, minus profecto libere domino in-
 tenderent. Nam, ut ait Apostolus, qui cum uxoribus sunt, 1. cor. 7

DETERMI. SCHOL. PARISIEN.

solliciti sunt quæ sunt mundi, quomodo uxoribus placeant,
 & diuisi sunt. Quamobrem cum magna inquietudine uiue-
 rent sacerdotes cum uxoribus, oneribus matrimonij impli-
 cati, ob quæ multis eos oporteret negotijs secularibus in-
 uolui, à quibus tamen ipse Apostolus Deo militantes absti-
 nere debere decernit. Qui uerò continentes sunt & cœli-
 bes permanent, quæ domini sunt cogitant, quo scilicet pa-
 cto possunt domino placere & castimoniam seruare ac pu-
 ritatem animæ & corporis, nec non & peruigilant, qui eis
 ram habēt animarum, tanquam domino de creditis sibi ou-
 bus rationem reddituri. In magnam prætereà perniciem ec-
 clesiæ concessa ecclesiasticis coniugia redundarent. Infinita
 siquidem propemodum confusio in ecclesiam induceretur
 in immensum excrecente filiorum & filiarum multitudi-
 ne, quæ sumptibus alenda foret ecclesiæ, filijs quoque pa-
 rentes beneficia ecclesiastica quasi per manus tradentes, et
 continua successione à progenie in progenies suis illa refer-
 uantes familijs. Leuiticum sacerdotium, quod sacerdos se-
 cundum ordinem Melchisedech Christus dominus abiecit,
 instaurare uiderentur. His autem perpensis, facile est di-
 gnoscere, quantum à recto tramite exorbitent, qui usque
 adeo sacerdotalem statum deiiciunt, ut post susceptum sacrum
 ordinem noua nuptiarum fœdera inire consulant, id quod
 ne ipsis quidem Græcis unquam licuit. Nam quamuis uo-
 to abstinentiæ minime adstringerentur respectu præceden-
 tium nuptiarum, nephas tamen semper illis fuit post susce-
 ptum sacerdotium nuptiarum uinculo sese illigare, aut mor-
 tua prima uxore secundam ducere. Si autem id à Græcis
 inuiolabiliter obseruatum est, quanto ualentiori iure sacer-
 dotes ecclesiæ Latine, quæ uoto continentie se deuinxit,

post susceptum sacerdotij gradum, nephariū est in rei uxoria seruitutem detrudere. Probanda itaque est ecclesie Latinae continentia, quæ sanctitate præfulget, liberam concedit facultatem uacandi diuinis studijs ac utilitati rei ecclesiasticae magnopere conducit.

Titulus 21. De peccato originali.

Propositio Erasmi. Roma. 5.

Malum à principe generis humani ortū in uniuersam posteritatem dimanauit, dum nemo non imitatur primi parentis exemplum. Roma. 5.

Censura.

Explicat hic Paraphrastes locum illum Apostoli, in Adam omnes peccauerunt, siue in quo omnes peccauerūt. Qui sanè locus intelligi nō potest de peccato actuali, cum non omnes peccato actuali deliquerint. Paruuli enim nondum usum rationis habentes, actuali peccato nunquam fuerunt obnoxij. Quare præsignatum locum perperam et distorte de actuali peccato Paraphrastes explicat. Atque ea expositio Pelagiano fauet errori.

Titulus 22. De poena filiorum temporali propter peccata parentum.

Propositio Erasmi. Ioannis. 9.

Non punit deus liberos ob delicta parentū, quemadmodum docet lex, nisi filij parentum æmulentur uitia.

Censura.

Hæc propositio uniuersaliter intellecta prætēdens Deū nunquam punire liberos, etiam temporaliter propter scelera parentum, nisi scelera eorum imitentur, ac si illud repugnet diuinæ iustitiæ aut æquitati naturali, est hæretica et sacre scripturæ aduersatur, quæ frequenter sic punitos libe

DE TERMI. SCHOL. PARI SIEN.

Gene. 7 ros indicat. Sic enim sunt pueri submersi in diluuiio cum pa-
 Gene. 19 rentibus. Sic in Pentapoli igne extincti sunt. Sic denique si-
 2. Reg. 12 lius David paruulus propter adulterium & homicidium
 Ezeq. 18 patris mortuus est. Nec lex docens filios pro iniquitatibus
 patrum non plecti, non intelligi debet de poena temporali,
 sed de aeterna.

Titulus 23. De poena haereticorum.

Propositio Erasmi. Matth. 13.

Serui, qui uolunt ante tempus colligere zizania, sunt
 hi, qui pseudoapostolos & haesiarchas gladijs &
 mortibus existimant e medio tollendos, cum patres
 Matt. 13 milias nolit eos extingui, sed tolerari, si forte resipiscant et
 ex zizanijs uertantur in triticum. Quod si non resipiscant,
 seruentur suo iudici, cui dabunt poenas aliquando.

Censura.

Cum sit catholicum & fide tenendum, non solum lice-
 re, sed oportere haereticos p̄tinaces extremo supplicio pu-
 nire, quando citra iacturam atque periculum reipublice id
 fieri potest, nec ualet aliter salus eorum ac caeterorum pro-
 curari & conseruari, oppositumq; sit error Catharorum,
 Vualdensium & Lutheri, generalibus concilijs & legibus
 imperialibus damnatus: pij-expositoris munus Paraphra-
 stes minime executus est in hunc peruersum sensum tot uer-
 bis lectorem inducendo, nec ueritatem catholicam illi ada-
 uersam palam aperiendo, quod paucis explicatum facile Pa-
 raphrasis admisisset, monstrando quae hic scribit, intelligen-
 da fuisse pro tempore apostolorum & martyrum, quo eca-
 clesiam atrocius tyranni persequebantur, non quando rea-
 rum potiti sunt principes christiani, orbem terrarum, aut
 bonam eius partem in sua tenentes ditione, quae tum leges

condentes extirpandis hæreticis accommodas, uere principi suo Christo militarunt. Id certe debuit explicare Paraphrastes. Quod quia non facit, scandali ansam præbuit legentibus, quasi modo non liceat, quod tempore apostolorum & martyrum fieri non poterat. Prænominatorum quoq; hæreticorum errori hac ratione uisus est suffragari. Nec habet excusatio locum, qua dicat se ita intelligere, ut diximus. Nam quamuis ita intenderit, ut proponit, tamen hoc ibidem non explicat, & longe secus solent accipere legentes quam dicat se prætere. Vnde & queruntur multi nō solum ex hac propositione, sed etiam ex plerisque alijs poculum sibi sub mellitis uerbis propinari scandali & erroris. Ideoq; non acceptant aliam (ut aiunt) pallio sophisticae argutie obumbratam excusationem, qua quis dicat ea, quæ hic dicuntur, non sub persona Erasmi, sed sub persona Christi dici, & non hoc seculo, sed illo, quo martyrijs plantanda erat ecclesia cum tamen alia non expressa ne uigilantissimi quidem lectores percipiant, & aliud sonent uerba eius expressa in Paraphrasi, quam sequens eiusdem doceat explicatio. Nec rursus probant, quod sub persona Christi, euangelistarum aut apostolorum ea inducat nō pauca, quæ uiri eruditi iuxta ac pij impia censent ac erronea.

Propositio seruanda in Supputationibus.

Ego principes ad trucidandos hostes nec hortor nec deshortor. Quid sacerdotalis sit officij demonstro.

Censura.

Si ecclesiasticis liceat iuxta iuris dispositionem indicere bella, aut ad inducenda pro tēporales magistratus inducere aduersus Turcas & Iudæos, non minus utique illis hoc licebit in notorios hæreticos. In cuius rei comprobationem

DETERMI. SCHOL. PARIEN:
cum p̄sulibus adfuit beatus Dominicus ei bello, qd' con-
tra Albigenses h̄reticos gestum est. Et ubi principes secu-
lares grauius delinquerent, non exterminando h̄reticos
in perniciem reipublice christianae conspirantes et in suam
h̄resim plurimos pertrahentes, tenerentur omnibus mo-
dis illos inducere orthodoxi episcopi ad id faciendum, alio
qui ipsi peccarent. Quare h̄c propositio quatenus p̄-
tendit, n̄quam sacerdotalis aut episcopalis esse officij prin-
cipes inducere ad extirpationem h̄reticorum, impie nec
utiliter profectibus consulit christianorum, ueræ fortitudi-
nis robur in aduersarios fidei eneruans.

Propositio tertia in Supputationibus.

Quis unquam audiuit orthodoxos episcopos con-
tasse reges ad trucidandos h̄reticos, qui nihil aliud essent
quàm h̄retici?

Censura.

H̄c propositio p̄tendens non licere orthodoxis epi-
scopis aut sacerdotibus consilio & exhortatione generali
inducere ad extirpationem h̄reticorum, qui nihil aliud sunt,
quàm h̄retici, hoc est, in fide pertinaciter & contumacia-
ter errantes, nullas excitantes seditiones aut tumultus, con-
tra dispositionem iuris naturalis, diuini & humani propo-
nitur. Nam si pro munere suo debent episcopi & sacerdo-
tes alij admonere principes, ut iuxta diuinam ordinationem
& suum officium, iustitiam exerceant de alijs malefacto-
ribus (nō enim sine causa gladium portant) multo certe ma-
gis idem facere debent de h̄reticis, qui nihil aliud sunt quàm
h̄retici, quanto h̄resis grauius est peccatum & reipubli-
cae christianae plus nocet. Proinde si ij qui pecuniam cor-
rumpunt & falsificant, per quam uita temporali subueni-

Rom. 13

tur, iuste morti traduntur, ualentiori ratione hæretici iure uita priuantur, qui fidem corrumpunt, quæ fundamentum est uitæ spiritualis, quæ illibata pro temporum malitia seruari non potest, nisi morte plectantur hæretici, quãuis non aliud sint quàm hæretici. Nam uidentes pleriq; nullo modo deterius agi cum his, qui hæresim profitentur, quàm cū alijs, facile profecto omni timore semoto hæreticis adhererent, atque inde miseranda subsequeretur in republica christiana calamitas, dum populi, qui prius erant catholica fide christiani, postmodum breui temporis decursu nihil aliud essent quàm hæretici, id qd' pro dolor hodie uidemus. Multæ siquidem illustres ciuitates, quæ nuper uere christiane fuerant & christiana pietate insignes, modo à uero christianismo desciuerunt, nec aliud sunt quàm foeda colluuiæ aut sentina putrida impiorum hæreticorū. Quod utiq; minime contigisset, si ubi primum ea pestis suborta est, salutaris legum seueritate in hæreticos, licet nihil aliud essent quàm hæretici, animaduersum fuisset. Hinc sanè patet, quã prudenter ecclesia huiusmodi hæreticos, si legitime fuerint conuicti, iustitiæ brachij secularis decernat relinquendos. Neque tamen par est interim uiros ecclesiasticos immemores esse sui officij: eniti enim debent exhortando, consulendo, docendo, corripiendo, obsecrando & alijs uijs debitis saluti consulere talium miserabilium hominum, ut ab impietate reuocentur.

Quarta propositio Erasmi, quæ & tres subsequentes sunt in Supputationibus eius.

Docet Augustinus ferendos hæreticos, donec citra grauem ecclesiæ cõuersionem possint tolli. Sed Augustinus intelligit à communionem separari.

DE TERMI. SCHOL. PARIEN.
Censura.

Tametsi aliquando existimavit Augustinus cum hereticis uerbo agendum, disputationeque pugnandum, nec ulterius progrediendum, nisi forte in contumaces mucro uibretur anathematis: ubi tamen experientia duce nouit, quantum executiones de mandato legis principum secularium aduersus hereticos profuerunt, relicta priori sententia, legum terrore & poenarum seueritate censuit ad unitatem fidei compellendos hereticos, id quod in multis suis libris testatus est.

Propositio eiusdem in iisdem quinta.

Per euangelium uitari iubentur heretici, non exiri.

Censura.

Quamuis euangelium non expresse & aperte hereticos monstret exurendos, leges tamen ciuiles conformiter ad ius naturale, quod euangelium non abrogat, morte plectendos atque concremandos iuste decernunt.

Propositio eiusdem ibidem sexta.

An leges ecclesie sunt, que impiamultricibus tradere flammis?

Censura.

Iustas leges magistratum temporarium pro extirpatione hereticorum latis ecclesia non reprobat, licet illas nolit per ecclesiasticos, qui diuinis omnino officijs sunt adiecti, executioni demandari.

Propositio eiusdem de eadem re ibidem septima.

Veteribus episcopis ultima poena erat anathema.

Censura.

Propter infestationem tyrannorum in primitiua ecclesia non poterant heretici seueriori poena multari quam excommunicationis, postea tamen quam principes seculi ecclesie submisere colla, perspecta contumacia atque impie-

tate hereticorum, necessarium fuit, nedum conueniens, in illos gladio temporali animaduerti. Præcedentes autē quatuor propositiones errori suffragantur supradictorum hæreticorum negantium licere & expedire hæreticos contumaces extremis supplicijs coerceri, etiam quando nonnulla inde sequitur perturbatio reipubli, & hoc exposcat salus multorum.

Octaua eiusdem propositio.

Queruntur articuli partim falsi, partim deprauati.

Censura.

Hæc propositio hac ratione hic proponi uideri potest, ut cum multe propositiones positæ sint super punitione hereticorum, admoneantur qui zelum habent super extirpandis hæreticis aut authoritatem, solícite caueant, ne uehemens sit plus equo zelus eorum, aut non satis discretus, unde contingat innocuos damnari: neue plus quam opus est repescat, hereses sinens pullulare, aut notorios hereticos tolerans impune. Illibata quoque sit integritas eorum iudicum, qui in causis fidei decernunt, ut iuste quod iustum est exequantur, neque pecuniæ cupiditate aut alio quouis sinistro affectu corrupti, à ueritate iudicij recedant. Vigilantissime insuper atque diligentissime iuri inmitendo huiusmodi causas fidei examinent ac pertractent, ne forsitan subrepat in curia siue negligentia, quæ ferendo plurimum obsunt recto iudicio. Cæterum præscripta propositio si de peruersis iudicibus, qui neque Deum, neque homines reuerentur, intelligatur, proponit quod interdum eueniat: sin uerò de integris & equis iudicibus, qui non modo à calumnia alieni sunt, sed etiam à suspitione calumniæ, falsa est.

DE TERMI. SCHOL. PARIEN.
Titulus 24. De defectu uigoris euangelij,
Propositio in epistola preposita Para-
phrasi in Ioannem.

Nullis seculis defuerunt homines, apud quos euang-
gelio suus constiterit honos, sed tamen his annis
quadringentis uigor illius apud plerosq; refrixe-
rat.
Censura.

Hæc propositio, quantum ad posteriorem partem, uide-
licet: sed tamen his quadringentis, &c. significans his an-
nis quadringentis uiros defuisse, quibus euangelio suus con-
stiterit honos, temerarie asseritur, cum his annis quadrina-
gentis uiri fuerint non pauci sanctitate & eruditione con-
spicui, quales fuerunt Bernardus, Hugo & Ricardus de
sancto Victore, Petrus Lombardus, Gratianus, Thomas
Aquinas, Bonauentura, Alexander de Hales, Guilielmus
Parisiensis, Nicolaus de Lyra, Gerson, Thomas Vualden.
& quamplurimi alij.

Titulus 25. De sabbato.

Propositio Erasmi. Marci 2.

Futurum est, ut uere pijs quæuis dies sis æque sacra.
Censura.

Hæc propositio innuens cultum diei dominicæ & alio-
rum festorum ab ecclesia utiliter & sancte institutorum ali-
quando in ecclesia militante abolendum, quod in magna
uergeret perniciem christianismi, irrationabiliter asseritur,
conformiter ad errorem Begardorum, qui dicunt tertium
præceptum Decalogi, scilicet: Sabbata sanctifices, iam cessa-
sare, quantum ad iustos.

Titulus 26. De ecclesia.

Propositio Erasmi. Marci 3.

Ecclēsia Christi, neque surdos, neque mutos, neq; cecos, neque debiles, neque claudos recipit: huiusmodi autem habet synagoga.

Censura.

Hec propositio sic indistincte posita, innuere uidetur solos iustos esse de ecclesia militante (de illa tantum fit ibi sermo) non autem consonat doctrinae euangelicae, quae comparat regnum caelorum, quod est ecclesia militans, sagine missae in mare, & ex omni genere piscium congregant: & agro dominico, in quo cum tritico subnascuntur zizania. Matt. 13
Ibidem.

Titulus 27. De beata uirgine Maria.

Propositio prima. Luc. 1.

Diuini fauoris est (ait Gabriel ad Mariam) quod offerretur, non tui meriti.

Censura.

Si praetendatur supposita liberali beneficentia diuina respectu incarnationis, quod beata Virgo nullo modo meruerit esse mater Dei, cuius oppositum ecclesia decantat, falsa est propositio, & sacrosanctae Virginis honori derogans.

Propositio secunda in Elencho.

An in pueritia & infantia Christi perfecte fuerit reuelatum beatae Virgini, Christum esse Deum & hominem, multum non liquet.

Censura.

Hec propositio crassam ignorantiam euangeliorum arguit Luc. 1. & in ita loquente, cum credendum sit, beatae uirgini Mariae tum Matth. 2

DE TERMI. SCHOL. PARIEN.

Daniel. 9 perfecte reuelatum extitisse Christum esse Deum & homi
Hier. 31 nem. Hoc enim illi angelus, Elisabeth, reges, pastores, &
Ezec. 44 prophetae satis indicarant.

Tertia propositio. Ioannis 2.

Patris gloriae quoties erit seruiendum, nihil opus erit
tua interpellatione.

Censura.

Hæc propositio si uniuersaliter intelligatur, sic scilicet,
quod nullo tempore opus sit interpellatione beate Virgi-
nis apud filium, pro rebus diuinis aut ad æternam salutem
spectantibus, impia est, ritui ecclesie contraria, & heretica.
Alma Dei nanque mater constituta est à filio, felix cœ-
li porta & pia peccatorum aduocata, ut iuxta scripturam
catholica ecclesia concinit.

Titulus 28. De angelis.

Propositio Erasmi prima in Elencho. 152.

A N angelus sit simpliciter homine dignior, nescio
Censura.

X Culpanda iure ignorantia ita dubitantis, cum
etiam aperte id scriptura explicet, de quo dubitat. Diminui-
tum siquidem ab angelis filium hominis, contestatur rex
& propheta Dauid, cum inquit: Minuisti eum paulo mi-
nus ab angelis.

Psal. 8.

Titulus 29. De Petro apostolo.

Matt. 16

Propositio Erasmi. Matth. 16.

Petrus dicens Christo: Tu es Christus filius Dei ui-
ui, certa & indubitata sententia professus est illum
esse Messiam à prophetis promissum singulari quoa-
dam amore filium Dei.

Censura.

Hæc propositio perperam explicat euangelicam sententiam, præbens occasionem male sentiendi de diuinitate filij Dei cum Nestorio. Non enim singulari quodam amore Dei in ipsum Christus est filius Dei, neque adoptione & gratia, sed origine & natura.

Titulus 30. De Paulo apostolo.

Propositio Erasmi. Ad Philippen. 4.

TE rogo uera germanaq; coniunx.

Censura.

Temerarie à communi lectione Latina Paraphra= Hieron. ad
stes in Paraphrasi Latina recedit, quam passim sequuntur Eustochi.
catholici doctores, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, de custodia
& quamplures alij. Neque audiendos censet Hieronymus uirginita=
eos, qui Paulum habuisse uxorem cōsingant, quòd Paulus tis.
uelit omnes esse sicut seipsum, de innuptis item & uiduis 2. Cor. 7
loquens bonum dicat illis esse si sic permāserint, sicut ipse.
Id autem nequaquam diceret, si uxorem ipse haberet.

Titulus 31. De Dionysio Areopagita.

Propositio Erasmi in epistola præposita

Paraphrasi 1. ad Corinth.

Dionysius, qui in secunda Hierarchia ecclesiastica
priscos ecclesiæ ritus satis copiose describit, eru=
ditis recentior quispiam fuisse uidetur, quàm fue=
rit Areopagites ille.

Censura.

Non uere eruditus, sed temerarijs & nouitatum studio=
sis uidetur non esse Dionysius Areopagites, qui libros ec=
clesiasticæ Hierarchiæ subscripserit. Quandoquidem ab
ipso Dionysio Areopagita fuisse conscriptos constat, pri=
=

DE TERMI. SCHOL. PARIEN.
mum ex ipsis ecclesie Hierarchie & alijs eiusdem aucto-
ris libris. Deinde clarorum uirorum testimonio idem com-
probatur. Postremo septima generali synodo id fit diluci-
dus, in qua magnus Dionysius appellatur is, qui libri scri-
psit ecclesiasticæ Hierarchie.

Titulus 32. De Theologia scholastica.
Propositio Erasmi prima in epistola præpo-
sita Paraphrasi Epistolæ
ad Ephesios.

Iam ars esse coepit Theologia potius quàm sapientia,
theatrica uerius quàm ad ueram pietatem accommo-
da. Hanc præter ambitionem & auaritiã uitiarunt &
aliæ pestes, adulatio, contentio & superstitio: quibus rebus
tandem eò uentum est, ut Christus ille purus propemodum
esset obrutus humanis cogitationibus lymphidissimi quon-
dam euangelicæ doctrinæ fontes, Philistæorum serobe op-
pleti: diuinæ scripturæ regula nunc huc, nunc illuc detorta
nostris seruiat affectibus potius, quàm gloriæ Christi. Qui-
dam pia certe mente conati sunt orbem ad pristinam stu-
diorum simplicitatem reuocare, atque à lacunis iam serè
turbidis ad uiuas illas ac purissimas scatebras reducere.
Eam ad rem conciliandam linguarum & bonarum (ut uo-
cant) literarum cognitio uisa est in primis conducere, qua-
rum neglectu uidemur huc prolapsi.

Censura.

Hæc propositio tres habet partes, quarum prima in-
nuens Theologiam scholasticam esse artem potius huma-
na tractantem quàm diuina, ac spectaculis mundanis ma-
gis accommodam quàm pietati, perperam, ut aliæ multe,
ab hoc scriptore in odium illius asseritur. Nam quamuis ab

humanis disciplinis opem nonnunquam suscipiat, non sic ta-
 men, quin earum subsidium in Theologica ueritatis per-
 scrutationem conuertat. Quod si aliqui plus æquo in pere-
 grinis disciplinis immorentur, non cōtinuo illorum uitium
 Theologiæ uenit adscribendum, quandoquidem sunt pluri-
 mi per celebres doctores, qui suis luculentis doctrinis to-
 tiam terrarum orbem illuminarunt, quibus si imbutus fuisset
 hic scriptor, uarios eosq; pudendos errores, quos suis li-
 bris immiscuit, facile euitasset. Præterea si coram multis tra-
 ctari soleant Theologica disputationes, non protinus thea-
 trica dicenda est Theologia, quàm conducibile est publice
 huiusmodi tractare, quo pluribus consulat, ueritates Theo-
 logicas manifestando ac defendendo, & oppositos errores
 eliminando. Secunda pars incipiens ibi: Hanc præter am-
 bitionem, &c. innuens doctores scholasticos in suis exposi-
 tionibus uitasse scripturam eanq; repugnantem non ad ue-
 ritatem, sed ad humanos affectus pro sua libidine detorsisse,
 ueritatis expers est, nec obscure improbam indicat pro-
 cacitatem enunciantis. Non enim aliam solent probati scho-
 lastici doctores scripturarum intelligentiam sectari ab ea,
 quam tenent & hactenus tenuerunt orthodoxi interpre-
 tes, quamuis in aliquibus, quæ sunt præter fidem, aut non
 de necessitate explicite credenda, diuersa interdum sentiant.
 Tertia pars incipiens ibi: Quidam pia certe mente, &c.
 duo innuit. Vnum, quòd Theologia scholastica studiorum
 simplicitatem sustulit, quod manifeste falsum esse constat,
 cum illa circa fidem & mores uersetur, in quorum recta
 cognitione potissimum consistit simplicitas studiorum. Al-
 terum est, quòd huiusmodi simplicitas studiorum per lin-
 guarum et politiorum literarum peritiam reuocetur, quod

DETERMI. SCHOL. PARIEN.

non omnino est concedendum. Nam quamuis aliqua ex parte hæc ad illam conducunt, non tamen usque adeo, ut Theologia scholastica, quæ præcipue sensus attendit, non uerborum proprietates, quas ex Grammatica præsupponit.

Propositio secunda in præfatione in Hilari-
rium cum sequentibus.

Novam in rebus diuinis, qui nihil aliud sunt quam homines, rationem commenti sunt, quæ quidem plus questionum & atrociores tumultus excitauit orbi, quam olim Arianorum temeritas.

Censura.

Cum paucis & ueluti compendio quodam catholicas ueritates scholastica Theologia fideliter decernat, sicq; suos instituat ut non facile in errores prolabantur; hac propositione erronee & temerarie doctrinæ scholasticæ detrahit hic scriptor, ab eius studio, quantum in ipso est, peruen- se retrahens, quod utile & necessarium esse sacra Concilia ostendunt: quæ generalia studia & deputata illis gymnasia pro huiusmodi exercitatione Theologiæ comprobauerunt, atque multis priuilegijs ac immunitatibus donauerunt.

Propositio eiusdem tertia in eadem in
Hilari- præfatione.

Nobis qua fronte ueniam poscemus, qui de rebus longe semotissimis à nostra natura tot curiosas, ne dicam impias, mouemus quæstiones, tam multa definimus, quæ citra salutis dispendium uel ignorari poterant, uel in ambiguo relinqui. An non habiturus consortium cum patre & filio & spiritu sancto, qui nesciat ad philosophiæ rationem ex- pedire, quid discernat patrem à filio, quid ab utroque spiritum sanctum, quid intersit inter filij natiuitatem à patre & spiritus

Spiritus processionem?

Quarta eiusdem propositio ibidem.

Non damnaberis, si nescias utrum spiritus à patre & fi-
lio proficiscentis unicum sit principium, an duo.

Censura.

Quamuis certum sit simplices absque profunda ho-
rum mysteriorum intelligentia saluos esse posse, hæ tamen
propositiones, quibus, ut ex præcedentibus liquet, author
innuit superuacaneum esse ac inutile doctorum studium &
indagnem per quæ Deo iuuante & cooperante talia diui-
na mysteria aperiunt & explicant, in iniuriam asseruntur
sanctorum doctorum, Augustini, Hilarij, Hieronymi, Am-
brofii, Basilij, Nazianzeni, Chrysostomi, & aliorum, quos
non frustra laborasse exploratum est eiusmodi argumenta
tractando. Sunt insuper suprascriptæ propositiones sacris
concilijs generalibus contumeliose, quæ tales materias de
trinitate & consubstantialitate personarum diuinarum ex
scripturis ob incidetes calumnias hæreticorum, crebro de-
ciderunt & definiuerunt, aut potius declarauerunt, quam-
uis ante tales definitiones aut declarationes ecclesia de il-
lis non dubitauerit.

Quinta eiusdẽ ppositio in eadẽ præfatione in Hilariũ.

Ea quæ nos scrutamur, quæ definimus, nec sacris lite-
ris prodita sunt, ut si comprehendi non possint, certe credi
debeant, nec ullis rationibus probari, nec cogitatione con-
cipi, nec similitudinibus adhibitis adumbrari, ut sunt, pos-
sunt. In quibus uestigandis cum à clarissimis ingenijs sum-
ma ui diu desudatum fuerit, hic demum est extremus profe-
ctus, ut intelligant se nihil scire, & adeo ad uite pietatem
nihil faciunt, ut nusquam magis habeat locum illud Pauli:

E

DE TERMI. SCHOL. PARIEN.

Scientia inflat, charitas ædificat. Censura.

Quæ scrutantur, quæq; definiunt catholici doctores et sacra Concilia de beatissima trinitate & diuinis personis credenda, constat in sacris scripturis contineri, nec abs rationes, suasiones, similitudines atque manuuctiones ab illis adduci ad tanta mysteria utcunque intelligenda. Nec is utique labor inutilis est ac infructuosus, sed maxime ad pietatem conducit christianæ religionis, quæ non scientia, quæ inflat, ut temerarie scriptor iste asserit, sed charitas, quæ ædificat, promeretur.

Propositio sexta in præfatione in Hilarij opera.

Sanctissimus uir Hilarius haudquaquam erat ignarus, quàm periculi plenum sit, quàm parum religiosum de rebus ineffabilibus loqui, incomprehensibilia scrutari, de longe semotis à captu nostro pronunciare.

Censura.

Norat beatus Hilarius nullum esse periculum, de diuinis pronunciare conformiter ad ea, quæ in sanctis scripturis habentur, aut quæ in sacris Concilijs sunt decisa & definita: alioqui non pro illis tuendis exulasset ipse, neque ad ea explananda insignes libros edidisset.

Septima ppositio in eadē præfatione in Hilarium.

Summa religionis nostræ est pax et unanimitas. Ea uix constare poterit, nisi de paucissimis definiamus & in multis liberum relinquamus cuiq; suum iudicium.

Censura.

Religioni Christianæ non parum conducere pacem & unanimitatem, exploratum est, dum tamen ea pax & unanimitas pia sit & recta. Si autem impia sit & à ueritate catholica aliena, quemadmodum solet esse in hereticis, nul

lo modo confert, imò plurimum obest Christianæ pietati. Ut autem dissoluatur huiusmodi impiorum consensus, & pia ac recta in ecclesia concordia statuatur, opus est catholica dogmata per eos, qui auctoritatem habent in republica Christiana, sæpius explicentur. Hac enim ratione schismata tolluntur, & scandala pusillantesq; hæreses eliduntur, & peruersæ doctrinæ, moresq; fidelium componuntur, & fides ipsa in cordibus Christianorum radicatur. Sic olim persequentibus ecclesiam hæreticis cum suæ execrandæ coniurationis complicibus congregata sunt generalia Concilia, ubi reiectis & damnatis impijs, pacem et concordiam ecclesia recepit. Ut autem id fieret, crebro oportuit aduersus impietates atq; calumnias hæreticorum ecclesiam non de paucissimis, sed de multis definire aut declarare, quæ tenenda, quæ ue reijcienda forent, neq; sup his quæ ad pietatem spectant, librum relinquere cuiq; suum iudiciũ: alioqui nulla posset inter fideles in his quæ fidei sunt, unanimitas & concordia seruari. Proinde hæc propositio temerarie ac ignoranter asserta, dissoluendæ unitati fidelium uiam seditiose aperit, nec nõ et disseminãdis pniciosis erroribus.

Octaua ppositio in eadem præfatione in Hilariũ.

Hoc eruditionis est Theologicæ, nihil ultra quàm sacris literis proditum definire: uerum id quod proditum est, bona fide dispensare.

Censura.

Non est eruditionis Theologicæ, nihil de ijs, quæ ad fidem spectant, definire, quã quod in sacris literis formaliter & expresse habetur, aut quod ex illo clare deducitur: sed impietatis Vuicelicæ aut Lutheranae, quandoquidem authoribus Dionysio, Basilio, Augustino, & alijs multis catholicis doctoribus, nõ minus credenda sunt, quæ à Chri

DE TERMI. SCHOL. PARIEN.
sto ex apostolorum traditione habemus de sacramentis &
nonnullis alijs, quã quæ in scripturis sanctis exprimuntur.
Nec solis literatorum monumentis iubet. Apostolus fidem
adhæberi, sed et tradiõibus nudo sermone explicatis. Qua
re præscripta propositio est falsa, impia, et Vuiclesicæ atq;
Lutheranæ perfidiæ consentanea.

Nona ppositio in eadẽ præfatione in Hilarium.

Multa problemata nunc reijciuntur ad synodum, multo
magis conueniebat quæstiones huiusmodi in aliud reijcere
tempus, cum sublato speculo et ænigmate uidebimus deum
in facie.

Censura.

Nequaquam à fidelibus censenda sunt problemata, quæ
in generalibus Concilijs ecclesia determinat super his, quæ
ad pietatem spectant. A spiritu sancto enim directa de illis
tantum ibi decernit, quæ ab omnibus christianis inconcusse
& inuolabiliter sunt tenenda. Propter quod hæc propositio
temerarie et arroganter asseritur, quasi nesciat discerne
re ecclesia, quæ sint aut non sint problemata, quæ sint aut
non sint definienda.

Decima ppositio in sepe dicta præfatiõ e in Hilariũ.

Pudet Rabinos alicubi nihil habere quod respondeant.

Censura.

Doctores scholasticos magno dolore & pudore affici
certum est his tpius, dum uident impios hoies sacra eccle
siæ Concilia, etiam generalia perfricta fronte continere, pa
riter & sanctos doctores, sanctas quoq; scripturas pro sua
libidine ad hæreticũ sensum passim detorquere, cũ tñ scho
lasticis doctoribus, quos hic scriptor per contumeliam Ra
binos appellat, minime desit, quod aduersus perfidam Lu
theri doctrinam rñdeant. Eam siquidem manifestis argu

mentis & his solidissimis, & quæ uere dissolui nequeant, delirare clare ostendunt. Quapropter cum eis uix audent Lutherani congregari aut pedem propius figere. Verentur enim, ne si propius manus conferere contingat, dum non hñt quod rationabiliter rñdere queant, cōfundantur & sua orbi inscitia ac ignorantia propaletur. Hinc futiles sanè & eneruos libros edere solent, multis quidem hæresibus atq; blasphemijs conspersos, uerum nullis rōnibus, nullis documentis, nullis scripturis, nisi perperam detortis, suffultos: id quod facile percipiunt, qui illos non sine iudicio legunt. Non. n. rōne illos ualere, sed impudenti procacitate ac infami peruicacia sese ostentare deprehēduntur. Nam morem patrum suorum hærestarcarum imitati, quando ab ecclesia catholica (extra quam indubie non est salus) ueluti pessimi transfuge turpiter desciuere, ueritati nesciunt acquiescere, sed tanquam qui furijs agitantur, tota malignitatis suæ ui in catholicam pietatem debacchantur.

Conclusio huius operis.

Hæc itaq; sunt, quæ super propositis Erasmi assertionibus decernenda diiudicamus, quæ ideo pluribus expressimus, ut plenius cognoscant oēs, quæ absurda sint & stulta, quæ olim hæretici, Arriani, Aertiani, Vualdenses, Begardi, Turrelupini, Vuiclefistæ, atq; his tēpibus Lutherani, cōtra ecclesie definitiōes atq; instituta ausu sacrilego asserere nō erubuerunt: illosq; atq; pestilentes eorum errores prorsus reiiciant, & soli adhæreant ecclesie catholice, quæ in fide et moribus errare non pōt: in his. n. semper à spiritu sancto dirigitur. Propter quod scribit apostolus ecclesiam colūnam esse & firmamentum ueritatis. Hinc profectò constat, eos qui illi reluctantur, turpiter à ueritate aberrare, quod legem

DETERMI. SCHOL. PARIEN.
do hæc uel rudes & imperiti facile precipient. Rõnes. n. ad-
ducuntur ac diuinorũ uoluminum citantur testimonia, quæ
manifesta reddere ualeant nec inefficacia, quæ decernuntur.
Vnde cõfunditur eorũ impietas, qui usque adeo gratia erra-
ta purioris christianismi uel syncerioris doctrinæ prætextu
innouare moliuntur. Huc et accedit, qd' succurrendum fuit
illorũ imbecillitati, qui uera esse credunt, quæ splendore il-
lustrantur orationis: contra uero falsa, quæ rudi & incom-
pto sermone scribuntur, minime attendentes inter hæc et il-
la non minus esse discrimen, quã inter uasa et ea, quæ in illis
continentur, qd' sæpe maximum est. Nam nõnunquã aurea
uasa, quibus similes sunt ornati sermones, mortifera cõtinent
uenena, ubi testes, quibus cõparantur inornati, salubrem cõ-
tinere liquorem, perspicuum est. Cõsulendum item fuit ijs,
qui Græcas nosse & Hebraicas literas, pfectam putat esse
& cõsummata Theologiã, cum tñ qui eas norunt, si non
alioqui in Theologia disciplina fuerint instituti, Grammatici
cõsenti sint, non Theologi: quẽadmodũ et qui Latinas pro-
fitentur, nõ ulterius progressi. Vt igitur oĩum horum ratio
haberetur, ac illis dilucidius ueritas monstraretur & effica-
cius, operæpretium fuit prolixiori tractatu rem hanc deduc-
cere. Sic. n. plerunq; ueri aperiuntur sensus scripturã, hæc
sum fontes desiccantur & tecne atque calumnie deteguntur
hæreticorũ. Hac etiam ratione pericula deuitantur, quæ
ex suspectis libris proueniunt, aut ex his, qui quamuis ele-
ganter & nitide conscripti sint, non tamen carent ueneno
damnatæ Vuiclesiticæ & Lutherane doctrine.

F I N I S,

Determinatio facultatis sacre Theologiæ in Aca-
demia Parisiensi super familiaribus Colloquijs

D. Erasmi Roterodami cõclusa men-
se Maio. Anno 1526.

ANno dñi 1526. die. 16. Mensis Maij fuit cõgrega-
ta facultas Theologica per iuramentum in Colle-
gio Sorbonæ, ad deliberandum finaliter, quid esset
agendum de libro, qui inscribitur familiarium Colloquiorũ
formule per D. Erasmus, & c. Nunc aut idem liber pluri-
mũ auctus inscribitur: Familiarium Colloquiorũ opus mul-
tis noĩbus utilissimũ. Super quo ydem negotio iam sepius
factus fuerat sermo, tã inter deputatos, quã in pleno magi-
strorũ consessu. Et die hesternã post multa sup ea re in ipsa
facultate sedenti apud S. Maturinum post missam, ut moris
est, pposita, ut maturius materia ipsa discuteretur, remissa
est ad hunc diem. 16. quo in oĩum magistrorum pntia repe-
tita sunt & rememorata, quæ per deputatos prius diuersis
uicibus fuerant adducta, uidelicet qd' per authorem dicti li-
bri, quisq; is esset, ieiunia et abstinentiæ ab ecclesia indicta
parui penduntur. Beatæ uirginis Mariæ et sanctorũ aliorũ
pro ludibrio hntur suffragia. Virginitas si coniugio confẽ-
ratur, nullius est aut parui momenti: religionis et dissuade-
tur oĩbus ingressus. Item arduæ difficilesq; qõnes Gramati-
culis cõtra per magistros in artibus iurata statuta pponun-
tur. Vnde facile in errores prolabi possunt & plurima cõsi-
milia perperã in dicto libro tractantur. Quibus diligenter
attentis et perpensis post maturã deliberationẽ dictum fuit
et unanimi oĩum consensu cõclusum, q, prædicti libri lectio
oĩbus & maxime adolescentibus erat prohibenda, quo-
niam magis per hmõĩ lectionem sub eloquentiæ acquirẽdæ

DE TERMI. SCHOL. PARISIEN.

prætextu iuuentus corrūperetur, quā institueretur, et quod oībus medijs debitis esset enitendū ut hmōi liber supprime retur et à finibus eliminaretur christianorū. Vt autē cūctis perspicuū fiat, quā iustū sit hoc nostrū iudiciū, rationiq; ac pietati cōsentaneū, statuimus illa subiungere, quæ de istiusmodi dialogorū libro per nōnullos nostrū ad id specialiter cōmissos iussimus annotari, decerpi et trāscribi, quæ et nos maturius perpensa mouerunt. In eorū autē editione, modo et forma subsequētib; signati loci in dialogis singulis ad uoluminis nobis à cōqrentibus oblatis, et quale tūc in hac ciuitate Parisiēsi passim ī manibus erat, paginas sūt referēdi.

Sequuntur nōnulla erronea scādaloſa ac impia, quæ cōtinentur in libro, qui dicitur familiarīū Colloquiorum opus ab authore D. Erasmo Roterodamo recognitum. dñi. 1526. in quo tanq̄ ethnicus homo author illius religionē christianā et sctās eius ceremonias et obseruationes ridet, subsannat, carpit, lacerat et mutādas decernit.

IN dialogo de ualetudine aduersa impudenter primo ridet deuotionē, quā habet populus ad sacræ religiois habitus, innuitq; q̄ tantū ualeat morbis curādis pallium le nonis, quantū ualeat cuculla religionis. Hoc habet pag. 16. circa med. ibi: Sunt qui tecti cuculla Dñicali. Rursum nulli sancto pro morbo curando uult uotum nuncupari. Hoc uidere est pagina eodem. f. 16. paulo post, ibi: Alij morbo leuati nuncupantes alicui diuo uota, &c.

In dialogo de uisendo loca sacra ridet uotum Hierosolymitanum, mentiēns omnia, quæ uidentur Hierosolymis, cōmentitia esse & excogitata ad alliciēdos simplices & incredulos. Hoc habet pagina. 31. paulo post medium, ibi: Et ne illic quid tu putes spectatu dignum, &c.

In dialogo, q̄ dicitur cōfessio militis, irreuerentius ac impudentius loquitur de cōfessione sacramentali. Hoc uidere est pag. 42. in prin. ibi: Quē tibi sacerdotē deliges? R̄ndet alius: Cui cognouero quā minimum esse frontis et bonæ mentis.

In dialogo, qui inscribitur pietas puerilis, censet in primis peccatū graue nō esse, trāsgredi cōstitutiones ecclesiasticas, nisi accedat cōtemptus malitiosus. Hoc patet pag. 62 post med. ibi: Neq; uerō protinus arbitror esse piaculum. quod admittitur aduersus constitutiones humanas, nisi cōtemptus accesserit malitiosus.

Deinde innuit cōfiteri soli Deo sufficere, si nō aliud ecclesia ordinasset. Hoc patet pag. 46. in fine, ibi: Sed illi confiteor, qui solus, &c. Post hæc reprehēdit modū disputādi Theologorū, non intelligens propterea Theologos nō uacillare in fide, quia q̄ones de ijs faciunt, q̄ ad fidē spectant. Non. n. per hmōi q̄ones de fide dubitant, sed per eas fides explicatur apertius. Is error habetur pag. 70. circa medi, ibi: Cōplures abstinent à Theologia, q̄ uereātur, ne uacillēt in fide catholica, cum uideant nihil nō uocari in q̄onem.

In dialogo, qui dicitur Coniuiū prophanū, abstinentiā à carnibus ab ecclesia indictam carpit, quasi illa aduersetur euāgelicæ libertati: cū tñ nō aduersetur, sed error sit Aeria norū ita sentire. Qd' facit pagina dicti libr. 107. ante med. ibi: Caritas oīa suffert. Et pag. 104. circa mep. ibi: At mihi uidetur minus oneris olim impositum Iudæis. Et in eadē pagina ante med. ibi: Minus anguē odi, quā pisces. Alius r̄ndet: At nō tu solus. Sequitur: Quis hoc tædij nobis inuexit? Multa ibidem proponūtur cōtra hmōi abstinentiam à carnibus. Cōcludit, bonum esse ut auferatur hmōi abstinentia. Quod patet in fine pag. 107. ibi: Si summus essem pon

DETERMI. SCHOL. PARIEN.

tifex, & in fine pagine. 107.

In dialogo, qui Inscibitur Conuiuū religiosum, primo uult qđ hęc oīa, delectus ciborū, uestitus, pręscriptus, ieiunū, sacrificiū, preces ueluti pensum absolutę, & quies diei festi, sunt affinia Iudaismo: quę sn̄a apprime à Luthero approbatur. Hoc monstrat pagina. 148. ante medium, ibi: Victimās appellari puto, &c.

Scđo cōformiter ad Begardos uult pfectos nō teneri seruare leges ecclesiasticas, neq; debere cōpelli ad illas seruandas, quia spūalis oīa diiudicat, ipse uero à noīe iudicatur. Hoc habet pag. 143. ibi: Rex intelligi potest uir perfectus.

Tertio taxat iterū abstinentiā à carnibus. Hoc uidere est pag. 151. post me. ibi: Licet igitur uesci qbuslibet cibus, &c.

Quarto pręterdit, qđ uulgus christianorum totā suam salutē ī cęremonijs, baptismo, exorcismo, catechismo, sale, aqua cōstituit, & maxime fidit unctiōni, cōfessiōni, confirmatiōni, eucharistię, matrimonio, sacro ordini: quasi uide licet christiani per sola sacramēta sperēt saluari, sine adimplētiōne pręceptorū dei, qđ nullus catholicorū dicit doctōrū: imō oppositū credere docētur simplices. Hoc pag. 160. mōstratur ante med. ibi: Si uulgus christianorū spectes, pro rā & puppim suę salutis, &c. & in fine pag. pręcedentis, uidelicet. 149. cōtra cęremonias loquēs, dicit: Nō mirū ē, eos sic mori, qđ p oēm uitā in cęremonijs philosophati sūt.

Quinto peccatum esse mortale iudicat, ornare templā, ditare monasteria. Hoc uidere est pagina. 163. ante med. ibi: Vnde mihi uidetur uix excusari posse à peccato mortali, qui sumptibus imodicis aut extruunt aut ornāt monasteria seu templā, cum interim uiua Christi templā, &c.

In dialogo, qđ Inscibitur Apotheosis, Capnion seu Ren

elin. excessiue cōmendat, dum ipsum cōfert in gloria cū di-
no Hieronymo, & absq; sedis apostolicæ authoritate eū ad-
scribit catalogo sanctorum, eiq; orationē, quæ collecta ap-
pellatur, assignat: quæ faciendā nō sunt ad iocum. In diuos
enim (ut alibi dicit) per iocum ludere, nec pium est, nec tu-
tum: ioci alia petenda est materia. Primū tñ horū habetur
pag. 182. circa med. ibi: Hieronymus Reuchlinū hisce uer-
bis cōpellebat: Salue collega sanctissime. Scđm habetur pa-
gi. 184. paulo post mediū, ibi: Quid igitur superest, nisi ut
sanctissimi uiri nomen adscribamus Calendario sanctorū?
Tertium habetur pagina. 186. circa medium, ibi: Amator
humani generis Deus, qui donum linguarum, &c.

Nec recte pag. 185. ante med. dicit, Pium scđm in diuorū
numerū retulisse Catherinā Senē. ĩ gratiā ordinis et urbis.

In dialogo, qui dicitur Proci & puellæ, multis exēplis
persuadere nititur cōiugū præferēdum uirginitati. In quo
Iouinianum sectatur, si nō potius superaret illum. Hoc pa-
tet pag. 196. in principio, ibi: Interim perit uirginitas, etc.
Et in fine paginæ eiusdem inquit: Elegans quidem res puel-
la uirgo sed quid prodigiosius anu uirgine?

Secundo docet acquiri uirginitatē per actus carnales,
quæ ueretur dicere Epicurus. Hoc habet pag. 197. ante me-
dium, ibi: Quid ego audio, uiolanda uirginitas ut discatur?

Tertio præfert castitatem cōiugalem castitati sacerdotū
& religiosorum. Hoc patet eadem pag. 197. post med. ibi:
Atqui uoto adstricti abiurant matrimonium, &c.

In dialogo Eubuli et Catherinæ statū religiōis maxime
uituperat secutus Lamperiū, multa de eo proponendo. Pri-
mo carbones illū appellat, & matrimonium thesaurū. Hoc
patet pag. 204. in prin. ibi: Hem pro thesauro carbones.

DE TERMI. SCHOL. PARIEN.

Secundo ingredi religionem inuitis parentibus dicit esse contra legē naturalē & diuinā. Hoc patet pag. 208. paulo post med. ibi: Natura dicitur, Deus approbat, Paulus hortatur, humanae leges sanciunt, ut filij obediāt parētibus, &c.

Tertio uocat nouam seruitutem statum religionis. Hoc patet pag. 209. ibi. At inuentum est sub prætectu religionis nouum seruiutis genus.

Quarto doctrinam docentem ingressum religionis uocat pharisaicam & contrariam doctrinā apostoli. Hoc patet pagina. 209. post medium. ibi: Ista uero doctrina pharisaica est. Paulus contra docet, ut quilibet, &c.

Quinto hostiliter infectatur religionē. Hoc patet pag. 210. post prin. ibi: In negotio pietatis cessant naturae leges. Negotiū pietatis agitur in baptismo. hic tantum agitur de ueste mutanda, deq; genere uitae, quod per se neque bonum est neque malum.

Sexto asserit aequae bene seruari obedientiā, paupertatē & castitatē in domo parentū, sicut in religione. hoc patet pag. 210. circa fin. ibi: Iactant obedientiam num ea laus tibi deerit, si obediās parentibus tuis, quibus iubet obedire, &c.

Septimo asserit caeremonias religionis nihil facere ad pietatem, neq; quēquam cōmendare oculis Christi. hoc habet pagina. 211. in prin. ibi: Quid igitur superest? Velum, linea ex intima uersa in extimam, caeremoniae quaedā, quae nihil faciunt ad pietatem.

Octauo contendit ingressum religionis inuitis parentibus esse illicitū. hoc patet pag. 211. circa med. ibi: Quae est igitur ista noua religio, quae facit irritū, quae et naturae lex sanxit, et uetus lex docuit, et euāgelica lex cōprobauit? &c.

Nono eadem pagina paulo post praedicta uerba dicit:

Istud decretū. s. ingressum religionis inuitis parētibus, non esse à Deo proditū, sed in monachorū senatu repertū. Tandem ridēdo petit sibi assignari locū scripturæ sacræ à Theologis, quo doceatur institutū religionis, cum multa illic esse satis exploratum sit. hoc habet pag. 212. paulo post principium, ibi: Ab istis igitur Theologis exige, ut proferāt aliquem e sacris libris locum, qui hoc doceat.

In dialogo, qui dicitur Virgo, penitus increpat inducentes ad religionē. hoc patet pag. 214. circa fi. ibi: O improbitatē stolidorū, &c. Idē facit pag. 214. circa fi. ibi: O scitos histriones, ut norunt agere suas fabulas simplici populo.

Præterea resilientem à religione cōmendat, tanquā bene egerit, quod in religione non permanserit. hoc patet pagina. 215. circa finem, ibi: Bene habet, quod mature resilieris, priusquam seruitutem æternam esses professa.

In dialogo Militis & Carthusiani, cæremonas religionis minimi facit, & ab illis oēm fiduciam aufert. Id uidere est pagina. 236. in fine, ibi, In ueste, cibo, poculis, cæterisq; cæremonijs, &c. Et pag. 237. in prin. ibi: Quid alij faciāt, non est meū iudicare. Ego his rebus nequaquam confido, minimumq; tribuo. Et eadem pagina paulo post: Rasum caput & uestis color non commendat me Deo.

In dialogo, qui dicitur Naufragiū, impie titulos, quos ecclesia recte tribuit beatæ uirgini Mariæ, eidem detrahendos censet. hoc uidere est pag. 248. in prin. ibi: Nautæ cæmentes, Salue regina, implorabant matrem uirginem, appellantes eam stellā maris, reginā cœli, dñam mūdi, portumq; salutis, alijsq; multis titulis illi blādientes, quos nunquā illi tribuūt sacræ literæ. hoc falsum est, cū sacræ literæ eam matrem dei appellent, unde illi tituli omnes clare deducuntur.

DE TERMI. SCHOL. PARIEN.

Deinde ibidem irreuerenter de eadem beata uirgine loquitur comparādo eam Veneri & faciendi illi succedere in agenda cura nautarū, unde ait ibidem post præmissa uerba: Quid illi cum mari, quæ nunquam opinor nauigauit: Oum Venus agebat curam nautarum. Sequitur: & quoniā desit curare, suffecta huic matri non uirgini uirgo mater.

Reprobat insup. plixius uota fieri sanctis. hoc patet in fine supradictæ pagine, ibi: Nulli diuorum nūcupabas uota? Rñdet alter in principio pagine sequentis. Nequaquam. Et causam dicti sui addens: Nō paciscor (inquit) cum diuis.

Reprehēdit item subsidiū implorare sanctorū in sua necessitate. hoc patet pagi. 250. paulo post prin. ibi, At implorabas alicuius diui præsidium? Respondet alter: Ne id quidem. Et dat rationem dicti, quia spatiosum est coelum.

Præterea ridet iuocare sanctū, cuius nomē sit ignoratū. hoc patet pag. 251. cir. fi. ibi: Si noīe cōpellasses eū, audisset.

Addit insup. risum sup. religioso Dñicano, qui ut se seruariet, deposuit cucullam, dicens deposita cuculla nō potuit se agnosci à diua Catherina Senensi. hoc patet pagi. 153. in fine, ibi: Quid autē de Dominicano? Et pagi 254. in princ. ibi: Melius enatasset, si non dimisisset sacram cucullam, et deposita qui potuit illum agnoscere Catharina Senensis?

In dialogo, qui dicitur inquisitio de fide, arduas fidei qōnes & periculosas simplicibus & pueris cōtra iuris dispositionē proponit, nōnullos annectens errores, quorum primus est, qđ patri in diuinis cōueniat authoritas, quæ nō cōuenit filio. Qui ponitur pag. 293. ibi: Cur igitur sacræ literæ filiū magis appellāt dñm, quā Deū? Rñdetur qa deus nomen est authoritatis, quæ patri cōuenit, quod falsum est. Non. n. hoc nomen Deus ulla dicit authoritatē, pp. quam

non equaliter competat omnibus personis. Atq; indifferen-
ter uocatur filius deus, sicut & patet, et in sacris scripturis.
Ioannis I. Et deus erat uerbum. Et Ioannis ultimo: Domi-
nus meus & deus meus, & alijs multis locis.

Secundus error est, quod in humanitate Christi, in bea-
ta uirgine atq; sanctis non sit collocanda fiducia sub deo, ua-
rio tamen gradu. Qui ponitur in prædicta pag. 293. his uer-
bis: Ergo et in Iesu collocas tuam fiduciam? Quid ni? Paucis ta-
men interpositis sequitur. Quamquam nec in hoc fiduciam speiq;
meam sacram (ut aiunt) ancoram figerem, nisi deus esset.

Tertius error scriptus pag. 298. Quid igitur prohibet
spiritum sanctum appellari filium? Barb. Quia nusquam lego genitum
hunc, nec huius lego patrem. Erronea est ista responsio. Non
enim propterea spiritus sanctus non appellatur filius, quia
non legitur, sed pro proprietate emanationis eius, ratione cui-
us repugnat eum uocare filium ante omnem scripturam.

Quartus error, quo dicit non credendum in sanctam eccle-
siam, pagina eadem. 298. et. 299. his uerbis: Credis in sanctam
ecclesiam? Barb. Non. Et rursus: Cur horres dicere: Credo
in sanctam ecclesiam? &c. Cum autem catholici doctores sensum
reddat illius præpositionis: Credo in sanctam ecclesiam, et mul-
ta ecclesiam ita decantet, temerarie asseritur non recte dici.

Quintus error est, quo dicit malos non esse de ecclesia,
que non constat nisi de bonis. Qui error euangelicæ doctrinæ
aduersatur, & ponitur pag. 299. circa principium, ibi: Ab
ecclesiam consortio separatur, quisquis admittit crimine letale.
Et paulo post: Ecclesia non constat nisi ex bonis.

Sextus error est pag. 300. in principio his uerbis: Ex-
tra ecclesiam non est ulla peccatorum remissio. Et constat, quod
capiendo ecclesiam, ut prius cepit, ut explicat, hoc falsum esse,

DETERMI. SCHOL. PARISIEN.

cum in ecclesia hereticorum detur uerū baptisma paruulis. Etiam per poenitentiam assequitur quis peccatorum remissionem, & fit de ecclesia dicto modo.

In dialogo Franciscani prætendit conuenientius esse, quod religiosi non differant uestimētis à ceteris hominibus. Hoc habet pagina 335. in principio, ibi: Quid sentias, utrum existimes satius monachos à ceteris cultu non differre. Respondet alter: Equidē arbitror simplicius & Christianius, &c.

Eadem pagina post medium innuit uarietatem uestium in religione inductam esse ex superstitione, ibi: Posteriores additis quibusdam rem uerterunt in superstitionem, &c.

Modum præterea honestum, quo habitu differunt ab alijs iurisperiti, iudices aut doctores, carpit. Hoc uidere est pagina. 351. in principio, ibi: Itaque mihi stultissimum uideatur, sapientiam profiteri ueste.

In dialogo, qui inscribitur Peregrinatio religionis ergo, epistolam sub nomine beatæ Mariæ uirginis confingit ridiculam quidem, sed blasphemie proximā, qua se letari beatam uirgo dicit, quod Lutherū secutus quispiā suaderet superuacaneū esse diuos inuocare, quod inde magna deinceps molestia leuaretur. Minatur item si sanctos deserant hoīes, suis armis se ab eorū iniuria uindicaturā. Hoc habet pag. 426.

Et pag. 455. carpit, quod in ecclesia sint tot baptisteria, tot candelabra, tot statuæ aureæ, tot organa, tot concentus musici, immēsi sumptus. Hoc patet pag. 455. in principi. ibi: Et quorsum attinet tot baptisteria, &c. Nihilominus tamē hæc oīa pertinent ad honorem & cultū dei, nec propterea pauperes deseruntur. Non uult soleas & calceos sanctorū populum exosculari, quod tū bene fit. Id indicat pag. 460. in prin. ibi: Ceterum impudens est calceos, soleas, subligaria,

ria, osculo obtrudere. Sequitur: Præstabat ista non fieri, ne quid dissimulem, &c.

In dialogo Lanionis & Salsamentarij ciborum delectū dicit abrogatum diuina & apostolica sententia. Hoc patet pag. 472. paulo post medium, ibi: Ciborum delectū nō exēplo quidem, sed sententia sua abrogauit dominus, &c.

Cæremonias etiam ecclesiæ, in ieiunio, in abstinentia à carnibus, diuersitate uestium, rasura capitis, & quibusdam alijs taxare uidetur: nec non & obligationē baptismi, cōfessionis, matrimonij. Hoc patet pag. 475. à principio usq; ad finē. Cæterum excusat, quæ dicit, in præscripta pag. & hoc pagina. 476. in principio, ibi: Erras tota uia lanio, &c. Verum postea censet immutandas constitutiones & cæremonias ecclesiæ, quas carnales appellat. Id liquet pag. 477 paulo post principium, ibi: Satis quidem crasse differis. At qui mihi uidetur & hodie non minus esse causarum, cur obseruationes istæ carnales hæctenus tolli debeant, ut arbitrarie sint, non obligatorie. Et paulo post pag. 477. post medium, ibi: Cum igitur tam ampla sit messis, uidetur hoc cōsulissimum ad religionem Christianam propagandam, ut quemadmodum apostoli onus legis Mosaicæ, ne gentes resisterent, ita nunc ad illiciendos etiam imbecilles tolli quarundam rerum obligationes, sine quibus ab initio seruatus est orbis & nunc seruari possit, modo adsit fides & charitas euāgelica. Idem ferme prosequitur tota pagina. 488. prefer tim usq; ad illam partē: Extra ecclesiæ domū non est salus.

Censura.

Hoc autem consilium impium est & perniciosum, nec minus arrogans, consilium, inquam, ex damnata Vuiclesi simul & Lutheri doctrina depromptum ad eneruationem

Christiana tendens religionis & totius ecclesiasticæ disciplinæ. Nec uerum est, quod ex huiusmodi abrogatione imbecilles illicerentur, imo potius auocarentur hinc magis à Christiana religione & retraherentur. Et certum est, spiritu sancto suggerente conformiter ad sanam scripturarum intelligentiam hæc fuisse instituta, & ex traditione apostolorum multa, tum ad reuerentius & sanctius celebranda diuina mysteria, tum ad synceriorè Christianæ religionis obseruationem, quorum etiam multa exploratum est esse de iure diuino, quod immutabile est & semper idem aut in sanctis scripturis traditum est, aut ex traditione apostolorum per continuas successiones ad nos usque deductum est. Nec est cõsimilis ratio de onere legis Mosaicæ, quæ & propheta & apostoli spiritu dei inspirati senserunt. abrogandam, & de ijs, quæ uoluit in ecclesia spiritus sanctus pro sua felici directione usque ad consummationem seculi perseuerare. Quod inde patet quia quotquot talia attētauerunt immutare, mox ab ecclesia, quæ semper spiritu dei regitur, damnati sunt & reiecti, ut Aerius, Vigilātius, Lamperius, Iouinianus, Vualdenses, Albigenes, Viclefista, & demum Lutherani, & alij non pauci. Hereticum itaque est & blasphemum huiusmodi peruersum consilium.

In eodem dialogo lanionis & salsamentarij, multa alia ponit eidem sententiæ conformia, ut pag. 499. ante medium, ibi: Verum ubi interim illa libertas spiritus, quam promittunt apostoli? &c.

Idem indicat & pagina. 501. post medium, ibi: Mundus plenus est pharisaicis hominibus, &c.

Pagina item. 498. circa principium, ibi: Postremo cum leges hominum, quæ fere corporalia præscribunt, prædigo

si sint ad pietatem, cessare uidentur, ubi quis profecit ad spiritus robur.

Hic rursus errorem Begardorum instaurare contendit, quasi eo consensu pædagogum sint appellatæ constitutiones & cæremoniæ ecclesiæ, quo appellat Paulus pædagogum ueterem legem ac eius cæremonias. Aegre fert denique autor huius dialogi, quod plus puniantur in ecclesia minora peccata, quàm grauiora. Nec attendit id rationabiliter fieri in republica ad conseruationem eiusdem. Id patet pagina 502. circa finem, ibi: Itidem uidemus multos tantum fidere corporalibus cæremonijs, &c. Et similiter pag. 503. quasi tota. Idem facit pag. 508. circa finem, ibi: Iam in ipso ieiunij præscripto cū duo sint, &c. Idem persequitur pagina. 509. 520. 521. 522. 523. Fiduciã in sanctos carpit pag. 524. nõ attēdens quod oīs cultus et fiducia, quæ sanctis exhibetur, primo & principaliter deo exhibeatur, et illis sub deo et pp deū.

In dialogo, qui dicitur Funus, minus recte uidetur sentire author de fundatione obituum, & de precibus pro defunctis exoluendis. Nam infirmum introducit parū ista curantem, imo respuentem, si non esset scandalum. Id uidere est pagina. 546. circa finem, ibi: Si me uel uno sacro funebri dignaberis, plus satis erit, aut siquid aliud est, quod ob publicam ecclesiæ consuetudinem citra scandalum infirmorū omitti uix potest, id tuo permitto arbitrio. Sequitur: Nec ē animus cuiuspiam preces uel cōmercari uel meritis suis spoliare. Hæc dicuntur, quasi fundantes obitus, preces aliorum commercetur, aut meritis suis spolient, quod asserere erroneum est ac impiū. Pagina aut sequenti, quæ est. 547. uidetur omnem satisfactionem peculiarem pro defunctis respuere, solam communem probans cum merito Christi: &

DETERMI. SCHOL. PARISIEN.
hoc à principio paginae.

Conclusio determinationis præscriptæ.

Cum igitur in istis dialogis perniciose Erasmus eloquẽtiam suam conuertat ad instaurandos et quodammodo puerorum præceptorum eorundem & quorumcũque lectorũ ingenijs instillandos damnatos errores Aerianorum, Vniclesistarum, Louinianistarum, Lãperianorum, Vualdësum, Begardorum, Lutheranorum, & aliorum multorum hereticorũ: si sancte & Christiane imbuẽda est non modo puerilis ætas, uerum etiam prouecta, & ab omni impietate atque blasphemia maxime propellenda & auocanda, innitẽdum est, ne ulli tales libri manibus teneantur puerorum aut quorumcunque Christianorum lectorum, ne huiusmodi uenena ubi lectores imbiberint, à Christiana omnino religione reddantur alieni.

ERASMVS ROTERODAMVS

Amico cuidam religioso. S. P.

MVnuscule tua mihi fuere gratissima. Ego ualeo, quantum ualere põt senex, ualetudinarius, et immodicis obrutus laboribus, quãtis uix et iuuenis, & ualidus sufficeret. De corporis tui bona ualitudine non tam gratulor, quã doleo te de animi tui ualitudine queri. Non. n. in nobis situm est, quõ ualeamus corpore, ceterum ut recte ualeat animus, magna ex parte in nobis situm est. Vereor ne imponant tibi quorũdam præstigia, qui iactant hodie splendidis uerbis libertatem euangelicã. Crede mihi, si rẽ propius nosset, minus tãderet te istius uitæ. Video genus hominũ exoriri, à quo meus animus uehemẽter abhorret. Neminem uideo fieri meliorẽ, deteriores oës, quotquot

ego sanè nouerim, ut uehemèter doleā me quōdam in libris
 meis prædicasse libertatem spūs, quanquā id bono animo fe
 ci, nihil minus suspicans, quā hmōi populū exoriturū.
 Optabā sic aliquid decedere ceremonijs humanis, ut mul
 tum accresceret ueræ pietati. Nunc sic excutiuntur illæ, ut
 pro libertate spūs succedat effrænis carnis licentia. Ciuita
 tes aliquot Germaniæ implentur desertoribus monasterio
 rum, sacerdotibus coniugatis, plerisq; famelicis ac nudis.
 Nec aliud quā saltatur, editur, ac bibitur, subatur, nec do
 cent, nec discūt, nulla uitæ sobrietas, nulla sinceritas. Vbi
 cunq; sunt, ibi iacent oēs bonæ disciplinæ cum pietate. Plu
 ra tibi super his scriberem, si tutum esset literis cōmittere.
 Tot annos in isto sodalitiū laudabiliter uixisti, iamq; ut scri
 bis, ætas tua uergit ad uesperam, fortasse me nouē aut octo
 annis minor. Agis in loco cōmodissimo, cœlo saluberrimo,
 multum solatorum adfert eruditorum hominum confabula
 tio. Nec deest bonorum librorum copia, nec deest ingenū.

Quid in hac uita potest esse suauius, quā in huiusmodi pra
 tis oiantē iam ueluti prægustare uitæ cœlestis felicitatē, præ
 fertim isihac ætate, hoc seculo, quo nihil fingi potest turbu
 lētius aut calamitosius? Noui quosdam, qui fumo libertatis
 decepti, deseruerunt suum sodalitiū, mutato cultu duxerunt
 uxores, interim egeni, exules, suis, quibus erant chari, dete
 stabiles, tum in eo statu rerum, ut etiam siquī sint, qui illis
 bene uelint, tutum non sit benefacere. Jam quomodo sit affe
 cta illorum conscientia, nouit deus, & quō intus placeat no
 ua sodalitas, ipsi uiderint. Quæ nā est hæc libertas, ubi non
 licet dicere preces? non licet sacrificare? non licet ieiunare?
 nō licet abstinere à carnibus? Cogita quid talibus possit esse
 miserius etiam in hoc seculo. Siquis sit iuuenis, si diues, pos

DE TERMI. SCHOL. PARISIEN.

fit aliquot annos frui commodis huius mundi (siquid tamē est hic commodorū) nunc aliena ætate hæc facere demētia uerius est, quā stultitia. Sed onerāt constitutiones, inuidiæ, & similia. Quicquid istius generis est, leuissimum est, si bonus adsit animus. In altera parte plus malorum perpetendum erit. Itaq; deus det meliorem mentē istis, qui fabulis huiusmodi turbāt animi tui tranquillitatē. Emoriar, si uel tantillū roboris haberet hoc corpusculū, ut saltem uiuere posset, ni malim istic tecum agere, quā in palatio Cæsaris esse primus episcopus. Sed ignoras pariter & tuā felicitatem et huius seculi miseriam. Nec est quod spectemus Concilium. Sero ueniet obstante principum dissidio, et si fuerit institutū, sedecim annis agetur de rebus longe alijs quā de cæremonijs. Proinde mi charissime in domino, et p̄ ueterem, imo p̄ perpetuā amicitiam nostram et p̄ Christū oro, obsecro, obtestor, ut istud tædium penitus excutias ex animo, nec aurem præbeas exitiabilibus hominū fabulis, qui nihil opitulaturi sunt tibi, sed irrisuri potius, ubi te in foueā pellexerint. Si toto pectore contempseris huius mundi fallaces præstigias, totum te Christo dedideris, in sacris libris, in meditatione uitæ cœlestis totus uerferis, crede mihi, abunde multum solatiorum inuenies, et ista tædiola, quæ commemoras, non aliter quā fumus euanescent. Si monitorem audieris, nisi compereris esse uerum quod dico, mecum expostulato. Dominus repleat cor tuum omni consolatione spirituali, amice et frater in domino charissime. Basileæ Idibus Octobris.

ERASMVVS Roterodamus sua manu.

me
tia
e,
bo
em
ou
tan
of
esse
et
Se
iti
njs.
pe
tor,
pra
sunt
toto
to=
e ui=
olte=
n di
nisi
.Do
mia
bris.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading and the angle of the page.


Main body of handwritten text in a medieval script, covering most of the page. The text is significantly faded and difficult to read, but appears to be organized into several lines or paragraphs. There is a large, irregular tear on the right side of the page, partially obscuring the text.


pauly Dr. primaty nyr ab utero matris. Cal.


C

pe
tun
te
tir
t

Cal.







109
BYNDE
RIJONCT
17510

Th

1871